This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 658222

Digitized by Google

Jonathan Carl Zenker. 1820. 6.



Digitized by Google

E8
S46

Digitized by Google

Digitized by Google

Euripidea

EVRIPIDIS

TRAGOEDIAE

11249

AD

OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM

RECENSVIT

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

AVGVSTVS SEIDLER.

VOL. II.

ELECTRA.

LIPSIAE

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM IVN.

MDCCCXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

EVRIPIDIS

ELECTRA

AD

OPTIMORVM LIBRORVM FIDEM

RECENSVIT

ET

BREVIBVS NOTIS INSTRVXIT

AUGVSTVS SEIDLER.

LIPSIAE

APVD GERHARDVM FLEISCHERVM IVN.

MDCCCXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Tradimus Tibi, lector erudite, alterum volumen editionis nostrae Euripideae, Electram continens, haud praestantissimam quidem poetae fabularum, sed lectu tamen satis dignam, et quae criticos auxilio quam maxime indigeret. Nidulum corruptelarum vocat Piersonus Veris. p. 237. Contulit ad hanc fabulam Musgravius duos Codices Mss. Bibliothecae Parisiensis, alterum No. 2888., quem littera α, alterum No. 2714., quem littera β signavit. De tertio, quem idem adhibuit, cuius nota est γ,

Digitized by Google

satis putavit commemorare, mendosissimum esse atque ab homine ἀναλφαβήτῳ conscriptum.

Praeter has Musgravii collationes, quarum ope vitia aliquot sustulimus, alio subsidio nobis adfuit Thierschii nostri liberalitas. Asservatur enim in Bibliotheca Regia Monacensi exemplum editionis principis, in cuius margine ipse Petrus Victorius varias quasdam lectiones et glossas manu sua adscripsit. Haec annotata, quae partim ipsum Victorium auctorem habent, partim, quod e certissimis indiciis patet, ex Codice Ms. ducta sunt, diligenter excerpta Thierschius ad nos permisit; neque id solum, verum ipsam illam editionem denuo in nostram gratiam contulit. Refert ille de hac editione ita:

Digitized by Google

„Editio princeps hoc est titulo:

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ ΗΛΕΚΤΡΑ

EURIPIDIS ELECTRA

Nunc primum in lucem

edita.

CUM PRIVILEGIO PONTIFICIO, ET CAESAREO

ad Decennium.

ROMAE. MDXXXXV.

forma octava minore, foliis triginta constans, post titulum epistolam Victorii ad Nicolaum Cardinalem descriptam, argumentum graecum et textum exhibens.“ Non commemorat Thierschius argumentum latinum, quod legitur in plerisque editionibus, atque a nonnullis diserte Victorio tribuitur. Vide igitur, ne depromtum hoc sit ex editione Victorii Florentina. Nam verum haud dubie est, quod quidam tradunt, bis hanc fabulam a Victorio

Digitized by Google

editam esse, primum Romae, anno 1545, graece, deinde Florentiae, anno post, graece et latine. Vid. Beckii recensionem Editionum Tom. III. p. XIV. Florentina editione usus est Musgravius. Quod formam huius editionis alii octavam produnt, alii duodecimam, id facili errori tribuendum puto. Illud autem memorabile est, Musgravium Florentinam editionem referre ad annum 1545. Idem facit Fabricius Bibl. Graec. I. p. 646. sed ille quidem errore manifesto. Editio enim, de qua loquitur, vix alia esse potest, quam Romana. Errorem, opinor, peperit hoc, quod epistola Victorii dedicatoria, quam Romanae quoque editioni praemissam esse supra memoravimus, Florentiae est data anno

Digitized by Google

1545. Huc igitur Fabricius videtur respexisse, quum editionem principem Florentiae editam esse referret. Eadem res fortasse fraudi fuit Musgravio, ut annum Florentinae editionis falso ederet.

Lectionum, quas a Thierschio accepimus, quicquid ad textum emendandum facere videretur, in notis commemoravimus: ceteras, quae minoris momenti essent, visum est in fine libelli seorsum adscribere. Praeterea ipsi adhibuimus vetustissimas editiones Brubachii, Hervagii anni 1551, Casp. Stiblini et Guil. Canteri, quas contulisse non semper poenituit.

Unum addo, lectiones aliquot, quas, ut Schaeferi, commemoravimus, fortasse ex alio fonte fuisse repetendas. Nam, quod sero cognovi, Schaeferi editio

Digitized by Google

praeter quatuor fabulas priores, quae ad Porsoni textum excusae sunt, descripta est non ex Musgravii editione originaria, sed ex repetitione Glasguensi, cuius hic titulus est: Euripidis Tragoediae quae supersunt, ex recensione Samuelis Musgravii. Glasguae, 1797. 8. In hac igitur editione si quid aut peccatum est aut mutatum, id facile potuit in Schaeferi editionem transire, viro doctissimo, quem librarii navitas incredibiliter festinare cogeret, non animadvertente.

Scripsi Lipsiae d. 20. Ian. MDCCCXIII.

Digitized by Google

PETRUS VICTORIUS NICOLAO ARDINGHELLO CARDINALI S.

Viget adhuc in me, Ardinghelle amplissime, studium illud, quo superioribus annis valde flagravi, bonos auctores adiuvandi: nec cesso, quum per occupationes licet, aliquid operae, diligentiaeque, huic etiam parti literarum dicare. Qui mei labores aliquando foras prodibunt, et aliquid utilitatis, ut spero, studiosis bonarum artium adportabunt. Nunc quum in manus meas venerit Euripidis Electra, quae adhuc in tenebris latuit, ac situ pene, carieque confecta erat, visum mihi est illam ad te mittere: quem, quamvis multis magnisque negotiis distentum esse sciam, tamen toto animo literarum studia, et ingenuas artes amare cognovi. Arbitror enim hoc munusculum tibi, et ob pos-

Digitized by Google

matis excellentiam, et ob auctoris nobilitatem non parum gratum fore. Tu vero quum ipse diligenter legeris, si tibi videbitur, aliis etiam legendam, ac formis quoque excudendam dabis. Quod, quia te cunctis in rebus publicorum commodorum studiosum cognovi, omnino puto esse facturum.

E tenebris autem illam primum ernerunt ingeniosi, eruditique adolescentes, cives nostri, Bartholomaeus Barbadorus, ac Hieronymus meus, quum vetera huius poetae exemplaria, ut iam editas Tragoedias multis mendis scatentes cum illis conferrent, undique conquirerent, ac sedulo illa pertractarent, statimque ad me attulerunt, quo duce illi in studiis literarum usi sunt. Ipse postea accurate lectam, et non paucis locis purgatam, (praecipue autem personae perturbatae erant) quae a te quoque legeretur, dignam esse existimavi. Quin autem illa Euripidis sit, dubitari non posse arbitror. Praeterquam enim quod inter medias eius poetae fabulas in vetustissimo codice interiecta est, testimonio antiquorum scriptorum id liquido confirmatur, qui inde exempla saepe sumunt. Stilus quoque id et elegantia sermonis manifesto declarant. Unde autem hoc boni, quic-

Digitized by Google

quid est, manaverit, significare etiam tibi, aliisque non inutile existimavi: ne et illis sui laboris merces eriperetur, et ut quotidie magis magisque ad laudem ea degustata excitarentur.

Nam quod tibi eam mittendam statui, non dici potest quantopere illi gavisi sint. Sunt enim mirum in modum amplitudinis, dignitatisque tuae amantes, et incredibiles animi tui dotes (ut debent) admirantur. Quod quum sua sponte faciant: cui enim cognita non est eruditio, probitas, humanitas, admirabilis quaedam naturae tuae comitas, qua omnium animos, eorum etiam, qui te semel viderunt, tibi concilias? faciunt etiam hortatu meo, ac crebra tuarum illarum praeclarissimarum virtutum praedicatione. Ipse sane, quum semper te dilexerim, nunc vero tantis honorum gradibus merito auctum colam, ac nonnulla, quae non omnino vacua consilio mihi fuisse videntur, aliquando fecerim: nihil unquam mihi sapientius fecisse videor, et in quo mihi magis placeam, quam quod mature ingenii tui divinitatem perspexi, et exorientes laudes tuas, quantum potui, celebravi, demumque te mihi unum praecipue semper observandum esse duxi. Sed nimis provectus sum,

Digitized by Google

quum tamen parvam partem tuarum virtutum attigerim: amor autem idem ille, et ingens admiratio tui, me ultra quam nunc oportebat abripuit, atque asportavit. Vale et me ama. Florentiae pridie Calend. Martii MDXLV.

Digitized by Google

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Digitized by Google

Digitized by Google

VICTORII ARGUMENTUM.

Caeso per dolum Agamemnone, regnoque Argivorum occupato, Aegisthus filios quoque ipsius interimere voluit. Orestes infans e media caede a sorore Electra ereptus, servo in aliam terram asportandus traditur: feminis vitam socia facinoris Clytaemnestra ab adultero impetravit. Quarum alteram ferociorem quum iam nubilem Aegisthus videret, periculum sibi inde creari existimans, nobili alicui dare nuptum recusavit, nec domi grandem iam tenere, metuens furtivas nuptias, tutum esse credens, colono cuidam conciliavit, qui se indignum eo matrimonio intelligens, integram illam servavit. Orestes adultus, et patris ulciscendi, et regni recuperandi cupidus, clam in agrum Argivum se contulit, sororemque, quam extra urbem vivere audierat, invenit: a qua quid fieri oporteret admonitus, ususque opera veteris sui conservatoris, manuque fidelis amici comitisque Pyladis, Aegisthum primum in agro immolantem necavit: deinde Clytaemnestram, tractam in insidias ab Electra, interfecit. Quo parricidio perpetrato, statim

Digitized by Google

ipsos vehementer poenituit, quod toto pectore expetiverant, fecisse. Confectos filios aegritudine, ac se sceleris damnantes, affines ipsis sanguine Castor ac Pollux adventu suo consolantur: et quid e re nata facere illos opus sit docent, cunctaque plena maximarum perturbationum componunt.

Exitus igitur fabulae ἀπὸ μηχανῆς, ac similis admodum dissolutioni Orestis. Quod enim hic faciunt Dioscuri, illic Apollo praestitit. Utriusque finis, cum minime tristis sit, non male enim actum est cum superstitibus, ac voti pene compotes omnes facti sunt, magis proprius esse comoediae, quam tragoediae, videtur: nam quod in argumento hic fingit Poeta, colonum illum a virgine, quam domi diu habuerit, se abstinuisse, non verisimile est: quod tamen vitium ipse purgare summo studio conatur, cum eum, quamvis pauperem hominem, nobili stirpe natum dicit, ut generositas animi iniquitate fortunae extingui non potuerit: praeterea cum reformidasse eum Orestem narrat, si quando revertisset, ne poenas illi daret violatae sororis, sed etiam secum quoque illum cogitasse demonstrat, non habuisse ius in alienam filiam Aegisthum, ut ratae nuptiae illae ullo pacto esse potuerint. Si quid aliud huiuscemodi est in coagmentatione rerum, quod ratione careat, nec satis belle cohaereat, id eruditi et ingeniosi viri videbunt. Neque enim nobis propositum est id accurate ostendere. Utinam, ut haec fabula partes quas-

Digitized by Google

dam habet elegantissimas, summoque artificio confectas, necnon optimarum verissimarumque sententiarum tota plena est, ita reprehensione hac, culpaque vacaret, ac rectam οἰκονομίαν haberet.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν ὁρίοις τῆς Ἀργείας γῆς. Ὁ δὲ Χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γυναικῶν.

Digitized by Google

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΥΤΟΥΡΓΟΣ ΜΥΚΗΝΑΙΟΣ.
ΗΛΕΚΤΡΑ.
ΟΡΕΣΤΗΣ.
ΠΥΛΑΔΗΣ, κωφὸν πρόσωπον.
ΚΑΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ. *)
ΧΟΡΟΣ.
ΠΡΕΣΒΥΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙ.

Προλογίζει δὲ ὁ Αὐτεργός.

*) Omittit hanc personam Victor. Addendam esse monuit Aem. Portus. Stiblinus, qui quo ordine in Brubachiana personae legendae essent, non perspiceret, non modo confudit personas, sed etiam *κωφὸν πρόσωπον* et *Πυλάδης* tanquam diversas personas diversis locis posuit.

Digitized by Google

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ΑΥΤΟΥΡΓΟΣ.

Ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος, Ἰνάχου ῥοαί,
ὅθεν ποτ', ἄρας ναυσὶ χιλίαις Ἄρην,

V. 1. ὦ γῆς παλαιὸν Ἄργος. Idem fere significare videtur, ac si dicas ὦ Ἄργος, παλαιὰ τῆσδε τῆς γῆς πόλις, sive ὦ κτῆμα τῆσδε τῆς γῆς, παλαιὸν Ἄργος. Ex parte similia sunt Phoeniss. 1065. ἑπτάπυργα πλεῖθρα γᾶς, et Soph. Oed. Col. 297. πατρῷον ἄχν γῆς ἔχει. Musgravius pro Ἄργος coniicit εὖχος, Reiskius τριςπάλαιον pro γῆς παλαιόν. Notandum autem est hoc genus compellationis per vocativum, ad quam in sequentibus non amplius respicitur. Exclamationem verius dixeris quam compellationem. Pari modo Noster in Andromachae initio:

Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις,
ὅθεν ποθ' ἑδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ
Πριάμῳ τύραννον ἑξίαν ἀφικόμην.

ubi fallitur Brunckius, qui σχῆμα et πόλις nominativos putat, omisso ἐσί. Nam Alcestidis quoque initium non multum differt:

ὦ δώματ' Ἀδμήτειʼ, ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
θῆσσαν τραπέζαν αἰνέσαι, θεὸς περ ὤν.
Ζεὺς γὰρ etc.

Cf. etiam nostrae fabulae v. 55. sqq. et 430. sqq.

V. 2. Ἄρην. Editur vulgo Ἄρη. Illud dedi Porsonum secutus ad Phoeniss. v. 134. 959. 1020.

Digitized by Google

εἰς γῆν ἔπλευσε Τρωάδ' Ἀγαμέμνων ἄναξ·
κτείνας δὲ τὸν κρανοῦντ' ἐν Ἰλιάδι χθονὶ
Πρίαμον, ἑλών τε Λαρδάνου κλεινὴν πόλιν,
ἀφίκετ' εἰς τόδ' Ἄργος· ὑψηλῶν δ' ἐπὶ
ναῶν τέθεικε σκῦλα πλεῖστα βαρβάρων.
κἀκεῖ μὲν εὐτύχησεν· ἐν δὲ δώμασιν
θνήσκει γυναικὸς πρὸς Κλυταιμνήστρας δόλῳ,
καὶ τοῦ Θυέστου παιδὸς Αἰγίσθου χερί.
χὠ μὲν, παλαιὰ σκῆπτρα Ταντάλου λιπών,
ὤλωλεν· Αἴγισθος δὲ βασιλεύει χθονὸς,
ἄλοχον ἐκείνου Τυνδαρίδα κόρην ἔχων.
οὗς δ' ἐν δόμοισιν ἔλιφ', ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει,
ἄρσενά τ' Ὀρέστην θῆλύ τ' Ἠλέκτρας θάλος,
τὸν μὲν πατρὸς γεραιὸς ἐκκλέπτει τροφεὺς,
μέλλοντ' Ὀρέστην χερὸς ὑπ' Αἰγίσθου θα-
νεῖν,
Στροφίῳ τ' ἔδωκε Φωκέων εἰς γῆν τρέφειν·

V. 6. *ἀφίκετ'*. Verbo *ἀφικνεῖσθαι* similiter *de redeuntibus* utitur Noster Hec. v. 964. Aeschyl. Pers. v. 15. Agam. 515. Idem usus est verbi *μολεῖν*, ut infr. v. 48. aliorumque verborum eiusdem significationis. Vid. Heindorf. ad Platon. Protag. 4. p. 462.

V. 7. *ναῶν*. Recte de templis, non de navibus, intelligit Barnesius, coll. infr. v. 995.

σκύλοισι μὲν γὰρ θεῶν κεκόσμηνται δόμοι.

Musgravius praeterea citat Aeschyl. Agam. 588. Stanl. Ipsum tempus praeteritum de navibus intelligi vetat. Nimis argutatur Heathius.

V. 11. *χὠ*. Male scribunt *χ' ὡ* sive *χ' ὠ*. Vid. Excurs. ad Troad. v. 399. p. 147.

V. 14. Vulgo: *ὃς δ' ἐν δόμοις ἔλιπεν, ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει*. Elegantiores numeros restitui ad exemplum Orest. v. 63.

ἦν γὰρ κατ' οἶκος ἔλιφ', ὅτ' εἰς Τροίαν ἔπλει.

Digitized by Google

ἥ δ' ἐν δόμοις ἔμεινεν Ἠλέκτρα πατρὸς,
ταύτην ἐπειδὴ θαλερὸς εἶχ' ἥβης χρόνος,
μνηστῆρες ἦτουν Ἑλλάδος πρῶτοι χθονός.
δείσας δὲ, μή τῳ παῖδ' ἀριστέων τέκοι,
Ἀγαμέμνονος ποινάτορ', εἶχεν ἐν δόμοις
Αἴγισθος, οὐδ' ἤρμοζε νυμφίῳ τινί.
ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτ' ἦν φόβου πολλοῦ πλέον,
μή τῳ λαθραίως τέκνα γενναίῳ τέκοι,
κτανεῖν σφε βουλεύσαντος ὠμόφρων ὅμως

V. 19. ἥ δ'. Vulgo legunt ἡ δ' et punctum ponunt post πατρός. Sed conf. Orest. v. 63. seq., quem modo citavimus. Neque enim illud potissimum narraturus est, domi eam remansisse, sed qualem ibi sortem habuerit.

V. 22. Ita hunc et sequentem versum edidit Schaeferus ex emendatione Porsoni ad Med. v. 5. Vulgo:

δείσας δὲ, μή τῳ παῖδας Ἀργείων τέκοι,
Ἀγαμέμνονος ποινάτορας, εἶχεν ἐν δόμοις.

Disputat Porsonus ita: „Corrupta vox Ἀργείων sensui repugnat, et cum παῖδας prioris versus metro necessarium fecisset, anapaestum in quartam sequentis sedem invexit, ποινάτορας." Piersonus Veris. p. 67. proponit ποινατορὰς σφ' εἶχ' ἐν δόμοις, Heathius suam particulam inserens ποινάτορά σ' εἶχ' ἐν δόμοις.

V. 27. Emendavimus hunc versum librorum vestigia secuti. Mss. β. γ. Musgravii:

κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσαντ' ὠμόφρων δ' ὅμως.

Idem habet Ms. α, nisi quod τ' pro σφ' praebet. Ed. Victorii:

κτανεῖν σφ' ἐβουλεύσατ' ὠμόφρων· ἡ δ' ὅμως.

Virorum doctorum coniecturas, quae ad unam omnes a librorum lectione magnopere recedunt, nihil attinet referre. Vox βουλεύσαντος in libris Mss. sic fere exarari solet, βουλεύσαντ. cf. Ind. ad Gregor. Corinth. Schaef. litteris ος. Atque hoc super-

Digitized by Google

μήτηρ νιν ἐξέσωσεν Αἰγίσθου χερός·
εἰς μὲν γὰρ ἄνδρα σκῆψιν εἶχ' ὀλωλότα,
παίδων δ' ἔδεισε μὴ φθονηθείη φόνῳ.
ἐκ τῶνδε δὴ τοιόνδ' ἐμηχανήσατο
Αἴγισθος· ὃς μὲν γῆς ἀπηλλάχθη φυγὰς
Ἀγαμέμνονος παῖς, χρυσὸν εἴφ', ὃς ἂν κτάνῃ

---

scriptum o saepe cum littera, cui superscribitur, connectitur, (vid. ad eundem Gregor. Tab. aen. IV. num. 18. v. *σύνδεσμος*) ut facillime pro apostropho haberi potuerit. Particulam autem δ' post *ὠμόφρων* inserere debuerunt, qui male legissent antecedentia. Ceterum cf. Androm. 807. *Ἀνδρομάχην κτανεῖν καὶ παῖδα βιλεύσασα.*

V. 30. Ad *φθονηθείη* Victorius adscripsit *μεμφθείη* ex glossa, ut videtur.

V. 33. *εἴφ'*. Ita Schaeferus. Male vulgo *εἶπεν*. „*Χρυσὸν εἴφ'* bene versum *aurum promisit*. Saepius enim Graeci verba *dicendi* usurpant de *pollicitationibus*. Lucianus Reviv. c. 3. T. I. p. 573. Homericâ parodiâ:

μὴ δή μοι φύξιν γε, κακηγόρε, βάλλεο θυμῷ,
χρυσόν περ λέξας, ἐπεὶ ἴκεο χεῖρας ἐς ἁμάς.

Herodot. VI. c. 23. *μισθὸς δέ οἱ ἦν εἰρημένος ὅδε, merces autem ei promissa erat haec.* Sic dicitur inprimis verbum *ὀνομάζειν*. Homerus Il. IX. v. 515.

εἰ μὲν γὰρ μὴ δῶρα φέροι, τὰ δ' ὄπισθ' ὀνομάζοι.

Pro quo mox v. 519.

νῦν δ' ἅμα τ' αὐτίκα πολλὰ διδοῖ, τὰ δ' ὄπιθεν ὑπέστη.

Longus p. 87. sq. ed. Villois. *μείζονα γὰρ ἢ κατὰ ποιμαίνουσαν κόρην δῶρα ὠνομάζετο παρ' ἑπάστου.* Praestantissimus Villoisonus ad h. l. p. 208.: „*Ὠνομάζετο.* Sic supra, L. I, p. 14 Ed. Moll. „Dryas in re simili *τὰ ΟΝΟΜΑΣΘΕΝΤΑ δῶρα* „*παρῃτήσατο.* Apud Hesychium *ὀνομῆναι* et *ὀνο-* „*μάσαι* explicantur *ἐπαγγείλασθαι*; nempe Hesy-

Digitized by Google

ἡμῖν δὲ δὴ δίδωσιν Ἠλέκτραν ἔχειν
δάμαρτα, πατέρων μὲν Μυκηναίων ἄπο
γεγῶσιν· οὐ δὴ τοῦτό γ' ἐξελέγχομαι·

„chius, quod a nemine huc usque animadversum „est, respexit Od. Ω, v. 340:

„ὄρχους δέ μοι ᾧδ' ὀνόμηνας
„Δώσειν πεντήκοντα.

„Et Il. Ι, v. 121.

„Ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω.

„Hoc sensu et τὸ ὀνομάζειν dicitur in Iliade Ι, „v. 511:

„Εἰ μὲν γὰρ μὴ δῶρα φέροι, τὰ δ' ὄπισθ' „ὀνομάζοι.

„Et Il. Σ, v. 449:

„καὶ πολλὰ περικλυτὰ δῶρ' ὀνομάζων.

„Ubi vides ὀνομάζεσθαι δῶρα hîc esse, promittere „dona.“ Hactenus egregie; sed nollem addidisset: „eaque cum emphasi recensere“ et quae sequuntur. Nam in hoc talium verborum usu nihil est emphatici. Suidas T. III. p. 427. Τάλις. — ἡ ὀνομασθεῖσα τινὶ νύμφη. Hesychius composito verbo usus T. II. c. 1342. Τάλις. ἡ μελλόγαμος παρθένος, καὶ κατωνομασμένη τινί. quod Interpretes miris modis vexarunt. Eiusdem familiae est αἰνεῖν cum compositis, ἐπαινεῖν et καταινεῖν: quod verbum cum primariâ vi significaverit generaliter *dicere*, causa apparet, cur usu haud ita raro valeat specialiter *promittere*, *polliceri*. Sophocles Philoct. v. 1398. sq. Brunck.:

ἃ δ' ᾔνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγὼν,
πέμψειν πρὸς οἴκους, ταῦτά μοι πρᾶξον, τέκνον.

Euripides Alcest. v. 12. sqq.:

ᾔνεσαν δέ μοι θεαὶ,
Ἄδμητον ᾅδην τὸν παραυτίκ' ἐκφυγεῖν,
ἄλλον διαλλάξαντα τοῖς κάτω νεκρόν.“

Schaefer. Ceterum ad εἶφ' intellige ἐκείνῳ, et ad

λαμπροὶ γὰρ εἰς γένος γε, χρημάτων δὲ δὴ
πένητες, ἔνθεν ἡὐγένειὰ ἀπόλλυται·
ὡς ἀσθενεῖ δοὺς ἀσθενῆ λάβοι φόβον.
εἰ γάρ νιν ἔσχεν ἀξίωμ' ἔχων ἀνὴρ,
εὕδοντ' ἂν ἐξήγειρε τὸν Ἀγαμέμνονος
φόνον, δίκη τ' ἂν ἦλθεν Αἰγίσθῳ τότε.
ἦν οὔποθ' ἁνὴρ ὅδε, σύνοιδέ μοι Κύπρις,
ἥσχυνεν εὐνῇ· παρθένος δ' ἔτ' ἔστι δή.
αἰσχύνομαι γὰρ ὀλβίων ἀνδρῶν τέκνα

κτάνῃ αὐτὸν, scilic. ὃς γῆς ἀπηλλάχθη. Musgravius mavult κτάνοι. Male. Ὃς ἂν κτάνῃ valet ἐάν τις κτάνῃ, si quis illum occidisset.

V. 37. Intellige ἐσμέν. Rarior est haec ellipsis primae personae. Sophocl. Antig. 634.

ἦ σοὶ μὲν ἡμεῖς πανταχῇ δρῶντες φίλοι;

Vid. Schaef. Melet. Crit. p. 114. Nostri Cycl. 501. πλέως μὲν οἴνου, γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης. Soph. Oed. Col. 207. ὦ ξένοι, ἀπόπτολις. Nostri Hercul. Fur. 628. ἃ γὰρ πτερωτός. Differunt ab his exemplis illa, in quibus ad ἕτοιμος sive πρόθυμος intelligitur εἰμί. Vid. Schaef. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 696.

V. 39. ὡς ἀσθενεῖ etc. Spectat ad v. 34. ἡμῖν δίδωσιν δάμαρτα. Sensus est, *ut, humili viro eam collocans, metum sibi minueret.* De hoc optativo λάβοι vid. Matth. Gramm. Graec. §. 518. p. 734.

V. 41. ἐξήγειρε. Sic recte editiones antiquae. Barnesius ἐξέγειρε.

V. 42. Pro τότε Reiskius mavult ποτέ.

V. 43. οὔποθ' ἁνὴρ ὅδε. Vulgo οὔποτ' ἀνὴρ ὅδε. Adscripsit Victorius: δεικτικῶς ἀντὶ τῦ ἐγώ.

V. 44. ἥσχυνεν εὐνῇ. Victorius in margine: γρ. ἥσχον ἐν εὐνῇ, quod valet, opinor, ἥσχυν' ἐν εὐνῇ, quae lectio vulgatae certe non praestat.

Digitized by Google

λαβὼν ὑβρίζειν, οὐ κατάξιος γεγώς·
στένω δὲ τὸν λόγοισι κηδεύοντ' ἐμοὶ
ἄθλιον Ὀρέστην, εἶπον, εἰς Ἄργος μολών,
γάμους ἀδελφῆς δυστυχεῖς εἰσόψεται.
ὅστις δέ μ' εἶναί φησι μῶρον, εἰ λαβὼν
νέαν ἐς οἴκους παρθένον μὴ θιγγάνω,
γνώμης πονηροῖς κανόσιν ἀναμετρούμενος
τὸ σῶφρον ἴστω, καὐτὸς αὖ τοιοῦτος ὤν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ νὺξ μέλαινα, χρυσέων ἄστρων τροφέ,
ἐν ᾗ τόδ' ἄγγος τῷδ' ἐφεδρεῦον κάρᾳ
φέρουσα, πηγὰς ποταμίας μετέρχομαι,
οὐ δή τι χρείας εἰς τοσόνδ' ἀφιγμένη,
ἀλλ' ὡς ὕβριν δείξωμεν Αἰγίσθου θεοῖς,
γόους τ' ἀφίην αἰθέρ' εἰς μέγαν πατρί.

V. 52. *γνώμης πονηροῖς κανόσιν*. *Πονηροῖς* in *πονηρᾶς* mutavit Musgravius, quem sequitur Porsonus ad Hec. 606. (ubi memoriae lapsu citat *ἴστω τὸ σῶφρον*.) Sed non assequor, cur damnanda sit librorum lectio, quae mihi quidem etiam magis poetica videtur. Sensus est: is sciat, se prava mentis, (statuendi, iudicandi) regula metiri sive aestimare continentiam, i. e. se perperam iudicare de continentiae laude. *Δικαίοις κανόνας* dixit Noster Fragm. Belleroph. VI. 5.

V. 53. *καὐτὸς αὖ*. Reiskius proponit *οὐ* pro *αὖ*. Sed sana vulgata. Verte: *ipsumque contra talem esse*, scil. qualem me dicat, *μῶρον*. *Μῶρον* etiam supplet Heathius.

V. 57. *ἃ δή τι*. Ita recte Victorius. In Barnesiana legitur *ἃ δή τε*, fortasse typothetae vitio.

V. 59. *ἀφίην*. Reliqui librorum lectionem quamvis vitiosam. Reiskium corrigentem *ἀφίημ'* secutus est Musgravius, qui duos antecedentes versus uncinis inclusit. Sed vereor, ut aptus hic sit paren-

Digitized by Google

ἡ γὰρ πανώλης Τυνδαρὶς, μήτηρ ἐμὴ,
ἐξέβαλέ μ' οἴκων, χάριτα τιθεμένη πόσει·
τεκοῦσα δ' ἄλλους παῖδας Αἰγίσθῳ πάρα,
πάρεργ' Ὀρέστην κἀμὲ ποιεῖται δόμων.

ΑΥΤΟΥΡΓΟΣ.

τί γὰρ τάδ', ὦ δύστην', ἐμὴν μοχθεῖς χάριν,

---

theseos locus. Idem sensisse videtur Heathius, qui corrigit *ἀφίω γ'*, et Schaeferus, qui *ἀφῶμεν* edidit. Sed nimis tamen Schaeferi lectio a libris recedit. Quid si scripserit Euripides, quod Portus voluit, *ἀφεῖην*, ad Homeri exemplum coniunctivum cum optativo copulans. Sensus tamen utriusque paululum erit diversus. Verte: ut Aegisthi iniurias diis ostendam, et ut querelas fundere possim (non *fundam*) in magnum aethera. Vid. Matth. Gramm. Graec. §. 519. p. 735. ubi non assentior viro doctissimo, in Soph. Electr. v. 760. praeferenti *ἐκλάχῃ*. *Ὅπως ἐκλάχοι* est *ut nancisci possit*, non *ut nanciscatur*. Vernacule: damit er erhalten könne. Alterum erit: damit er erhalten soll; sive, damit er erhalte. Afferunt Orestis cineres, non ut in patrio solo sepeliatur, (hoc enim pendebat ab Aegisthi et Clytaemnestrae arbitrio) sed, ut his, si velint eum sepelire, eius rei potestatem faciant. Pari modo omnes huius generis loci, quos Matthiae l. l. affert, etiam Homerici, videntur explicandi esse, neque in eadem Sophoclis Electra v. 57. mutari debet librorum lectio *ὅπως — φέροιμεν*.

V. 62. *Αἰγίσθῳ πάρα*. Ita libri. Schaeferus edidit *Αἰγίσθου πάρα*. Sed nihil magnopere differt, utrum dicas, genuit liberos *ex Aegistho* an *apud Aegisthum*, *in Aegisthi domo*, i. e. coniuncta cum illo. Plane sic Plutarch. Pericl. p. 165. c. *ἔτεκε δὲ καὶ παρὰ τῷ Περικλεῖ Ξάνθιππον καὶ Πάραλον*.

V. 63. *πάρεργα — δόμων* i. e. *νόθους*. Vid. Hesych. v. *πάρεργον*.

Digitized by Google

πόνους ἔχουσα, πρόσθεν εὖ τεθραμμένη,
καὶ ταῦτ' ἐμοῦ λέγοντος, οὐκ ἀφίστασαι;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγὼ σ' ἴσον θεοῖσιν ἡγοῦμαι φίλον·
ἐν τοῖς ἐμοῖς γὰρ οὐκ ἐνύβρισας κακοῖς.
μεγάλη δὲ θνητοῖς μοῖρα, συμφορᾶς κακῆς
ἰατρὸν εὑρεῖν, ὡς ἐγώ σε λαμβάνω.
δεῖ δή με παρκέλευστον, εἰς ὅσον σθένω,
μόχθου πικουφίζουσαν, ὡς ἔφον φέρῃς,
συνεκκομίζειν σοι πόνους. ἄλις δ' ἔχεις
τἄξωθεν ἔργα· τἀν δόμοις δ' ἡμᾶς χρεὼν
ἐξευτρεπίζειν. εἰσιόντι δ' ἐργάτῃ
θύραθεν ἡδὺ τἄνδον εὑρίσκειν καλῶς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

εἴ τοι δοκεῖ σοι, στεῖχε· καὶ γὰρ οὐ πρόσω
πηγαὶ μελάθρων τῶνδ'· ἐγὼ δ', ἅμ' ἡμέρᾳ
βοῦς εἰς ἀρούρας εἰσβαλὼν, σπερῶ γύας.

V. 66. *καὶ ταῦτ' — ἀφίστασαι.* Construe *καὶ ἐκ ἀφίστασαι, ἐμοῦ λέγοντος ταῦτα*, sive *καίπερ ἐγὼ λέγω ταῦτα*, scil. *δεῖν σε ἀφίστασθαι.*

V. 69. *μεγάλη μοῖρα* i. e. *magna felicitas. Μοῖρα* vocabulum est *μέσον*; loci igitur nexus significationem regit. Nam *μεγάλη μοῖρα* eodem iure de magno infortunio dici possit, ut *οἰωνὸς μέγας* Orest. 786. pro *οἰωνὸς κακὸς*, et Iph. Aul. 453. *τὰς μεγίστας συμφορὰς* pro *τὰς κακίστας.*

V. 73. *συνεκκομίζειν* i. e. *συμπονεῖν, συμβασταζειν*, ut explicant Scholiastae ad Orest. 684. et Hippol. 465. Videtur hoc verbum Nostro proprium esse. Idem Euripidi significant *συνεκπονεῖν* et *συνεκφέρειν.*

V. 74. *τἀν.* Ita Victor. Aliae *τἀ'ν.*

V. 79. *ἀρόσας.* In margine Barnesianae *γρ. ἄρσαν. Εἰσβάλλειν* Nostro est aut *introire* aut *agere in locum*, ut hic et Iph. Taur. 261.

Digitized by Google

ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα,
βίον δύναιτ' ἂν ξυλλέγειν ἄνευ πόνου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Πυλάδη, σὲ γὰρ δὴ πρῶτον ἀνθρώπων ἐγὼ
πιστὸν νομίζω καὶ φίλον, ξένον τ' ἐμοί·
μόνος δ' Ὀρέστην τόνδ' ἐθαύμαζες φίλων,
πράσσοντ' ἃ πράσσω, δεῖν' ὑπ' Αἰγίσθου παθὼν,
ὅς μου κατέκτα πατέρα, χἠ πανώλεθρος
μήτηρ. ἀφῖγμαι δ' ἐκ θεοῦ μυστηρίων
Ἀργεῖον οὖδας οὐδενὸς ξυνειδότος,
φόνον φονεῦσι πατρὸς ἀλλάξων ἐμοῦ.
νυκτὸς δὲ τῆσδε πρὸς τάφον μολὼν πατρὸς,

V. 80. *θεὸς ἔχων ἀνὰ στόμα*, i. e. *quantumvis deos habeat in ore.* Proxime *βίον* intellige *victum.*

V. 84. Recte Musgravius demonstrativum *τόνδε* poetam putat addidisse, ne auditores forte nomen loquentis ignorarent. — *ἐθαύμαζες. θαυμάζειν* h. l. est *colere*, *amare*, ut saepe. Cf. Musgravius infra ad v. 519. et quem ille citat Markland. ad Hippol. 106. Addit Beckius Valckenarium ad eundem Hippol. locum.

V. 87. *ἐκ θεᾶ μυστηρίων.* Videntur haec referenda ad sequentia *ἀδενὸς ξυνειδότος, nemine sciente secundum arcanum dei praeceptum*, quare comma post *ἴδας* delevi. Etymol. M. p. 595. 48. *μυστήρια, μυθήρια· μῦθος γὰρ ὁ λόγος.* Clemens Alex. Cohort. ad g. p. 12. l. 12. Pott. *πάρεστι δὲ καὶ ἄλλως μυθήριά σοι νοεῖν ἀντιστοιχήντων τῶν γραμμάτων, τὰ μυστήρια*, ubi, ut ex Etym. patet, recte fictam vocem *μυθήρια* Sylburgius defendit. Cf. etiam Zonaras p. 1378. Barnesius audacter pro *μυστηρίων* in textu reposuit *χρηστηρίων*, probante Musgravio.

V. 89. *ἀλλάξων* i. e. *ἀμείψων*, *ut rependam.*

Digitized by Google

δάκρυά τ' ἔδωκα, καὶ κόμης ἀπηρξάμην,
πυρᾷ τ' ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείου φόνου,
λαθὼν τυράννους, οἳ κρατοῦσι τῆσδε γῆς.
καὶ τειχέων μὲν ἐντὸς οὐ βαίνω πόδα,
δυεῖν δ' ἄμιλλαν ξυντιθεὶς ἀφικόμην
πρὸς τέρμονας γῆς τῆσδ', ἵν' ἐκβάλω ποδὶ
ἄλλην ἐπ' αἶαν, εἴ μέ τις γνοίη σκοπῶν

V. 92. *ἐπέσφαξ' αἷμα μηλείς φόνε* i. e. *ἔθυσα*. Infra v. 281. *μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐμῆς*. Pro *φόνε* Musgravius coniicit *γόνε* sive *βοτῦ*. Male. Vulgata genuina. *Αἷμα μηλείς φόνε* est *αἷμα ἐκ μηλείς φόνε*. *Ταύρειον φόνον* apud Euripidem legimus Hel. 1607. coll. v. 1598. et Aeschyl. Sept. ad Theb. 44.

V. 94. *βαίνω πόδα*. Citat Musgravius Heracl. v. 805. *ἐκβὰς πόδα* et Orest. 1487. *ἀρβύλαν προβάς*, ad quem locum vid. Porsonum, qui ex ipsa nostra fabula addit v. 1173. *βαίνουσιν ἐξ οἴκων πόδα*. Cf. etiam Loheck. ad Aiac. p. 226 seq.

V. 95. *δυεῖν δ' ἄμιλλαν*. Victorius *ἀμίλλαιν*, Musgravii Ms. *α*. *δυοῖν δ' ἀμίλλαις*, Ms. *β*. *δυεῖν δ' ἀμίλλαις*, superscripto *δυῖν*. Sed plerique interpretes legendum esse viderunt *δυοῖν* sive *δυεῖν δ' ἄμιλλαν ξυντιθείς*, *duarum rerum certamen* i. e. studium *componens*. Atticum *δυεῖν* haudubie praestat, frequentissimum illud in Graeca Tragoedia, et fortasse ubique reponendum. Ad emendationem *ἄμιλλαν* ducunt etiam Musgravii libri. Nam *ις* et *ν* facile confundi posse et confusa etiam esse docet Bastius ad Gregor. Corinth. p. 726. coll. p. 429.

V. 96. *ἐκβάλω*. Musgravii Ms. *α*. in margine *ἐμβαλῶν*. Etiam Victorius variam lectionem adscripsit *ἵν' ἐμβάλω*.

V. 97. *ἄλλην ἐπ' αἶαν*. Sine causa Piersonus corrigi vult *ἐς αἶαν*. Vulgatam tuebuntur Hippol. 898. 1125. Iph. Taur. 435.

Digitized by Google

ζητοῦντ' ἀδελφήν, – φασὶ γάρ νιν ἐν γάμοις ζευχθεῖσαν οἰκεῖν, οὐδὲ παρθένον μένειν –

V. 98. *ζητοῦντ'*. Piersonus emendabat *ζητῶν τ'*, vertens: „ob has autem binas praecipuas causas veni ad terminos huius terrae, et ut facile evadere possim, si quis speculatorum me cognoverit, et sororem quaerens, quam dicunt nuptam hic habitare." Callide vertit *hic habitare:* nam illud *hic*, quod eius emendatio necessarium facit, in Graecis non inest. Approbavit tamen hanc emendationem plerisque. Quod si tali correctione locus indigeret, legerim potius *ζητεῖν τ'* i. e. *ἵνα ζητῶ*, mutata constructione, ut saepe, vel *ἢ συγγένωμαι* pro *ὡς συγγένωμαι*. Sed ne litterula quidem mutanda est. Fraudi fuerunt viris doctis (etiam Lobeckio de usu apostr. p. 21.) verba illa *δυεῖν δ' ἄμιλλαν ξυντιθεὶς*, quae perperam interpretati sunt. Illud *δυεῖν* spectat non magis ad sequentia quam ad praecedentia. Nam quo potissimum studio in patriam redierit, paulo ante Orestes dixit v. 89. *φόνον φονεῦσι πατρὸς ἀλλάξων*. Iam pergit sic: *Recessi autem ad fines huius terrae, duarum rerum studium componens*, (i. e. studium meum ex simplici faciens duplex, sive, primario meo studio aliud studium adiungens, hoc scilicet,) *ut facile in aliam terram elabi possim, si quis speculatorum me cognoverit quaerentem sororem* (*dicunt enim eam cum viro habitare neque virginem adhuc esse*) *ut conveniam* etc. Ita optime cohaerent omnia. Investigare autem sororis sedem etiam in finibus regni poterat, quod regis filiae sors etiam hic vix ignorari poterat; sed petere fines regni ad eam investigandam non poterat, nisi ante comperisset, eam *hic* habitare. Ceterum *ἄμιλλαν* dicit, (*periculum* vertit Reiskius,) quod in utraque re reluctantes habebat inimicos. Similiter Sophocles Electr. 493. *γάμων ἀμιλλήματα*.

V. 99. *ἐν γάμοις ζευχθεῖσαν οἰκεῖν*. Ita v. 209. *μάτηρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις ἄλλῳ συγγαμοῦς οἰκεῖ*, Hel. 302. *μετ' ἀνδρὸς οἰκεῖν βαρβάρου*.

Digitized by Google

ὡς συγγένωμαι, καὶ φόνου συνεργάτιν
λαβών, τά γ' εἴσω τειχέων σαφῶς μάθω.
νῦν οὖν, Ἕως γὰρ λευκὸν ὄμμ' ἀναίρεται,
ἔξω τρίβου τοῦδ' ἴχνος ἀλλαξώμεθα.
ἢ γάρ τις ἀροτὴρ, ἤ τις οἰκέτις γυνὴ
φανήσεται νῷν, ἥντιν' ἱστορήσομεν,
εἰ τούσδε ναίει σύγγονος τόπους ἐμή.
ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τήνδε προσπόλων τινά,
πηγαῖον ἄχθος ἐγκεκαρμένη κάρᾳ
φέρουσαν, ἐξώμεσθα κἀκπυθώμεθα
δούλης γυναικὸς, ἤν τι δεξώμεσθ' ἔπος,
ἐφ' οἷσι, Πυλάδη, τήνδ' ἀφίγμεθα χθόνα.

στροφὴ ἀ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

σύντεινε, ὥρα, ποδὸς ὁρμάν·
ὦ ἔμβα, ἔμβα κατακλαίουσα.

V. 107. προσπόλων. Malim πρόσπολον.

V. 108. Schaeferus Meletem. p. 78. „cave corrigas verbi ἅπαξ λεγομένη ἐγκείρειν insolentia forte offensus, ἐν κεκαρμένῃ κάρᾳ: ne cavillator feminam te hydropicam facere criminetur. Etenim πηγαῖον ἄχθος κάρᾳ φέρουσαν dicitur, ut in Sophoclis cognomine fabula v. 326. sq. ἐντάφια χεροῖν φέρουσαν: in eiusdem Philoct. v. 655. ἃ βαστάζω χεροῖν. Aelian. de Nat. Anim. 7, 12. τῇ μὲν κεφαλῇ φέρουσιν ὑδρίαν μεστὴν ὕδατος." Sed quam ibidem coniecturam proponit ἄνθος pro ἄχθος, eam vir doctissimus dudum ipse improbavit. Nam πηγαῖον ἄχθος recte vertunt *aquae fontanae onus*.

V. 112. Tractavi hoc carmen de Verss. Dochm. p. 258. sqq. Primus versus videtur anapaesticus ex genere spondiaco. Alter quem numerum habeat, non audeo definire, nisi fortasse Glyconeus est, addito in fine trochaeo, ut infra v. 174. De

Digitized by Google

ἰώ μοί μοι·
ἐγενόμαν Ἀγαμέμνονος
κούρα, καί με τέκε Κλυταιμνήστρα,
στυγνὰ Τυνδαρέου κόρα·
κικλήσκουσι δέ μ' ἀθλίαν
Ἠλέκτραν πολῖται.
φεῦ, φεῦ τῶν σχετλίων πόνων
καὶ στυγερᾶς ζωᾶς,

---

hiatu ὦ (male vulgo ὦ) ἔμβα ἔμβα vide de Verss. dochm. p. 91. Post ὥρα deest ἐστί, ut saepe. Vid. Lamb. Bos. p. 607. Schaef. Alloquitur autem in hoc carmine Electra semet ipsam.

V. 115. ἐγενόμαν Ἀγαμέμνονος κόρα. Vocem κόρα, ut ab explicatore profectam, metri causa delendam puto, quae etiam hinc aliquid offensionis habet, quod proximo versu recurrit κόρα. Noster Hec. 420. πατρὸς ἔσ' ἐλευθέρα, coll. Androm. 768. Aristoph. Av. 574.

ἡμεῖς δ' ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος,
πολλοῖς δῆλον.

Tum pro vulgato καί με τέκε legerim καί με τίκτε, vel καὶ τέκεν με. Postquam haec scripseram, Hermannus aliam emendandi viam mihi indicavit, ut hic nihil mutetur, quam τέκε in τέκεν, in antistrophico vero geminetur vox τλᾶμον. Qui inde numeri existunt, de his dictum est de Verss. Dochm. p. 548.

V. 119. πολῖται. Epica forma uti poeta eo magis poterat, quod numeri sunt ex genere dactylico. Etiam in Aeschyl. Pers. v. 554. hanc formam legimus in eodem versu eodemque versus loco.

V. 120. τῶν, quod vulgo omittitur, addidit Musgravius ex Ms. α. Idem coniecerat Heathius. — Ms. β. τῆς σχετλίων.

V. 121. Hic versus est dochmiacus.

Digitized by Google

ὦ πάτερ, σὺ δ' ἐν ᾅδᾳ δὴ

V. 122. Male post ὦ πάτερ ponunt punctum. De particula δὲ sic posita multa disputat Porsonus ad Orest. 614. — Pro ᾅδᾳ Musgravius mavult ἄϊδι, quod olim pro vero habebam. Iam tamen ipsa haec dativi forma scrupulum mihi iniicit. Aeschyli Sept. ad Theb. 307. ob Homericam imitationem huc non pertinet. Ac reperiuntur haudraro Glyconei in molossum exeuntes, qui quamvis plerumque eundem in antistropha servent, nonnunquam tamen purum glyconeum oppositum sibi habent. Soph. Oed. Reg. 1187.

ὡς ὑμᾶς ἴσα καὶ τὸ μη-
δὲν ζώσας ἐναριθμῶ.
antistr.
τοξεύσας ἐκράτησας τῷ
πάντ' εὐδαίμονος ὄλβῳ.

Eiusd. Philoct. 1128.

ὦ τόξον φίλον, ὦ φίλων.
antistr.
τὰν πρόσθεν βελέων ἀλκάν.

Oed. Col. 678.

χειμώνων ἵν' ὁ Βακχειὼ — τας.
antistr.
στερνέχει χθονός· ἐδὲ Μυ — σᾶν.

Nostri Ion. 466.

δύο θεαὶ, δύο παρθένοι.
antistr.
βασιλικῶν θαλάμων τ' εἶεν.

Iphig. Taur. 1097.

ποθεῖ δ' Ἄρτεμιν λοχίαν.
antistr.
θεᾶς ἀμφίπολον κέραν.

Hippol. 741.

τὰς ἠλεκτροφαεῖς αὐγάς.
antistr.
χθὼν εὐδαιμονίαν θεοῖς.

Scio equidem, plerosque horum exemplorum facili mutatione ad usitatam responsionem revocari posse,

Digitized by Google

κεῖσαι, σᾶς ἀλόχου σφαγεὶς
Αἰγίσθου τ', Ἀγάμεμνον.

μεσῳδός.

ἴθι, τὸν αὐτὸν ἔγειρε γόον.
ἄναγε πολύδακρυν ἀδονάν.

---

veluti Oed. Col. 678. legendo *Βακχιώτας*, Ion. 486. transponendo *τ' εἶεν θαλάμων*, Iphig. Taur. 1114. scribendo *κόραν*, et Hippol. 751. *θερῖσιν*. Sed multo magis emendatori difficiles sunt duo illi loci, quos primo loco posui, cum hoc, quem tractamus. Quare tutissimum puto, ut omnes intactos relinquamus, donec Glyconeorum versuum ratio accuratius explicata fuerit. Cf. infr. ad v. 735.

V. 123. *σᾶς ἀλόχου σφαγείς.* Citat hunc locum Porsonus ad Orest. 491.

πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ πάρα.

Hermannus tamen de Ellips. et Pleonasm. p. 143., qui praepositionem tali modo omitti posse negat, in Oreste corrigit *ὑπαὶ* pro *ὑπὲρ* et nostro loco *σφαγαῖς* pro *σφαγείς*. Sed vide, ne in his genitivus eodem modo ponatur, quo ponitur in *τεκὼν ἐκείνῃ* et similibus, quae non semper articulum adiunctum habent.

V. 125 et 126. Male hic uterque versus vulgo ad stropham trahitur. Aperte mesodum faciunt, ipsa etiam sententia significante. Ceterum videtur uterque esse Glyconeus, prior syllaba finali soluta, alter soluta arsi dactylica. Cf. de Verss. Dochm. p. 260. et 44. not. Possit quidem secundus haberi pro iambico, sed altera mesodus, quam paulo post habebimus, etiam tota Glyconea est usque ad finem.

V. 126. *ἀδονάν.* „Versum hunc citat Galenus de Hippocr. et Plat. placitis Lib. IV. ubi Editt. quidem *ἀηδόνα* exhibent, sed Galenum *ἀδονὰν* legisse ex contextu liquet.“ Musgravius. Sopingius, quod idem Musgravius monet, ad Hesych.

Digitized by Google

ἀντιστροφὴ ἀ.

σύντειν', ὥρα, ποδὸς ὁρμάν·
ὦ ἔμβα, ἔμβα κατακλαίουσα.
ἰὼ μοί μοι·
τίνα πόλιν, τίνα δ' οἶκον, ὦ
τλᾶμον σύγγονε, λατρεύεις,
οἰκτρὰν ἐν θαλάμοις λιπὼν
πατρῴοις ἐπὶ συμφοραῖς

---

glossam ἀηδόνα nostro loco pro ἀδονὰν vult ἀηδύνα, sed male. Noster Troad. 604.

ὡς ἡδὺ δάκρυα τοῖς κακῶς πεπραγόσιν.

Ceterum quod in Schaeferi editione legitur ἄγαγε pro ἄναγε, typothetae vitium est.

V. 131. λατρεύεις. Cum accusativo hoc verbum itidem iunxit Noster Iphig. Taur. 1122. ut observat Musgravius. Citat ibi ille Suidae glossam: λατρεύω, τὸ τιμῶ· αἰτιατικῇ, et Vit. Gregor. Nazianz. τριάδα λατρεύων ἀνθ' Ἡρακλέες. Sed videtur Suidas nonnisi scriptores ecclesiasticos respexisse. Tota enim glossa haec est: λατρεύω· τὸ τιμῶ. αἰτιατικῇ. ὡς τὸ, οὐκ ἐλάτρευσαν τὴν κτίσιν οἱ θεόφρονες παρὰ τὸν κτίσαντα. δοτικῇ δὲ, ἐπὶ τῷ θύω, ὡς τὸ λατρεύειν ζῶντι θεῷ. Verum nostro loco nihil mutandum esse persuasit mihi unus ille Iphigeniae locus. Ac videtur quidem constructio verbi eiusdem significationis θεραπεύειν hunc usum invexisse. De metro huius versus vid. ad strophicum.

V. 135. πατρῴοις ἐπί. Victorius annotavit πατρῴαις ἐπί. Quam lectionem qui probabit, coniunget οἰκτρὰν ἐπὶ πατρῴαις συμφοραῖς. Sed maior vis in vulgata. *Tu me reliquisti in paterna domo ad acerbissimam fortunam*, i. e. in qua acerbissimam fortunam eram passura. Confirmant hanc explicationem proxima τῶνδε πέρων.

Digitized by Google

ἀλγίστοισιν ἀδελφεάν;
ἔλθοις τῶνδε πόνων ἐμοὶ
τᾷ μελέᾳ λυτήρ,
ὦ Ζεῦ, Ζεῦ, πατρὶ θ' αἱμάτων
αἰσχίστων ἐπίκουρος, Ἀρ-
γει κέλσας πόδ' ἀλάταν.

στροφὴ β'.

θὲς τόδε τεῦχος, ἐμῆς ἀπὸ κρατὸς ἐ-
λοῦσ', ἵνα πατρὶ γόους νυχίους
ἐπορθοβοάσω.

V. 134. ἀδελφεάν. Eadem forma utitur Sophocles Oed. Reg. v. 160. Oed. Col. 535. Aeschyl. Sept. adv. Theb. 578. ἀδελφεόν, coll. v. 976. Neque in Oed. Col. 1056. lectionem plurimorum librorum ἀδελφεὰς metri causa reiicere debebat Brunckius. Duae enim ultimae syllabae in unam contrahuntur, ut in eodem carmine v. 1073. Ῥέας monosyllabon est, in qua contractione maiori etiam iure haerere poterat, ut nominis proprii. Neque illud offendere debet, si, ut nostro loco, haec contractio fit in thesi. Eodem loco Soph. Oed. R. v. 178. in unam syllabam coalescit θεῦ, Oed. Col. 683. θεαῖν, si tamen ibi versus recte disponuntur, nec potius in stropha scribendum ἔνθ' Ἀ, ut prior vox ad praecedentem versum pertineat.

V. 140. Hic versus cum utroque proximo male vulgo praegressae antistrophae adiungitur, et quae sequuntur omnia habentur pro epodo. Alloquitur autem Electra semet ipsam, ut paulo post v. 150. θρύπτε κάρα. Adscripsit Victorius hanc glossam: πρὸς ἑαυτὸν (sic) τοῦτο φησὶ ἡ Ἠλέκτρα ἀφελῶς.

V. 142. ἐπορθοβοάσω. Non ausus sum hanc lectionem mutare. Ἐπορθοβοᾶν idem significare videtur, quod ἐπορθιάζειν. conf. Aeschyl. Pers. 684. 1043. Agam. 29. 1128. — Tan. Faber et

Digitized by Google

ἰαχχὰν ἀοιδὰν, μέλος ἀΐδα,
πάτερ, σοὶ κάτω γᾶς ἐνέπω γόους,
οἷς ἀεὶ τὸ κατ' ἦμαρ
διέπομαι· κατὰ μὲν φίλαν
ὄνυχι τεμνομένα δέραν,
χέρα τε κρᾶτ' ἐπὶ κούριμον

Reiskius coniiciunt ἐπορθροβοάσω, quod „*lamenta veteres per diluculum lubentius edidisse videantur*“ quae Musgravii verba sunt, comparantis Nostri Suppl. v. 980. Troad. 183. Soph. Electr. 91. et huius fabulae infra v. 904. Emendatio certe est facilis. Sic ὀρθογόη et ὀρθοβόας iam antiquitus confusa sunt cum ὀρθρογόη et ὀρθροβόας, ut ambigant nonnulli, quomodo voces illae scribendae sint. Vid. Interpp. ad Hesych. v. ὀρθογόη et Etym. M. p. 631. 4. coll. Schaef. ad Apoll. Rhod. Schol. p. 527. Etiam in Nostri Suppl. 977. libri fluctuant inter ὀρθενομένα et ὀρθρενομένα, et Aeschyl. Agam. v. 29. inter ἐπορθιάζειν et ἐπορθριάζειν. — Musgravius coniicit ὕπαιθρα βοάσω.

V. 143. Hic et sequens dochmiaci sunt, ut supra v. 121. et 136. Pro ἰαχὰν scripsi ἰαχχὰν, et versu sequenti κάτω et ἐνέπω pro κατὰ et ἐννέπω. Ad ἰαχχὰν ἀοιδὰν conf. Nostri Cyclop. 69. ἴαχον, ἴαχον ᾠδὰν μέλπω.

V. 148. Legitur vulgo χέρα τε κρᾶτ' ἀποκείριμον. Heathius legit χερί. Sed iam detonso capite Electra erat, vid. supra v. 108. — Barnesius: „mallem χέρα τε κρᾶτ' ἐπὶ κειρίμῳ, vel ἐπὶ κείριμον.“ Comparat ille Hel. 377. ἐπὶ δὲ κρατὶ χέρας ἔθηκεν. Prior ratio κράτ' ἐπὶ κειρίμῳ, quam Musgravius probat, admitti non potest propter abiectum ε dativi. Sed vera est altera. Noster Hec. 653. πολιὸν ἐπὶ κρᾶτα — τίθεται χέρα. coll. Troad. 279. ἄρασσε κρᾶτα κείριμον. De confusione praepositionum ἀπὸ et ἐπὶ vid. Schaef. Melet. Crit. p. 93.

Digitized by Google

τιθεμένα θανάτῳ σῷ.

μεσῳδός.

ἔ, ἔ· δρύπτε κάρα.
οἷα δέ τις κύκνος ἀχέτας
ποταμίοις παρὰ χεύμασιν
πατέρα φίλτατον καλεῖ,
ὀλόμενον δολίοις βρόχων
ἕρκεσιν, ὡς σὲ τὸν ἄθλιον
πατέρ' ἐγὼ κατακλαίομαι·

ἀντιστροφὴ β.

λουτρὰ πανύσταθ' ὑδρανάμενον χροΐ
κοίτᾳ ἐν οἰκτροτάτᾳ θανάτου.
ἰώ μοι, ἰώ μοι

V. 149. *θανάτῳ σῷ.* Similiter Aeschyl. Choeph. 51. *δισποτῶν θανάτοισιν.*

V. 151. *ἀχέτας.* Disputat de hac voce Abresch. Miscell. Observ. V. 111. sq.

V. 152. Legitur *χεύμασι.*

V. 153. De hiatu inter *καλεῖ* et *ὀλόμενον* conf. Soph. Oed. Col. 1215.

ἐπεὶ πολλὰ μὲν αἱ μακραὶ
ἀμέραι κατέθεντο δή.

Oed. Tyr. 1190.

τᾶς εὐδαιμονίας φέρει,
ἢ τοσοῦτον ὅσον δοκεῖν.

ibid. 1201.

ἐξ οὗ καὶ βασιλεὺς καλεῖ
ἐμὸς etc.

Quamquam hoc postremo loco legi possit *ἐμὸς καλεῖ.*

V. 155. Ut hic *οἷα — ὡς*, sic *ὥστε — ὡς* Bacch. 1064. sqq. citante Barnesio. Adde Sophocl. Oed. Col. 1240. *ὡς τις ἀκτὰ — κλονεῖται, ὡς καὶ γόνδε — ἄται κλονέουσιν.*

V. 159. Pro *ἰώ μοι μοι* dedi *ἰώ μοι, ἰώ μοι.*

Digitized by Google

πικρᾶς πελέκεως τομᾶς σᾶς, πάτερ,
πικρᾶς δ' ἐκ Τροίας ὁδοῦ βουλᾶς.
οὐ μίτραισι γυνὴ σὲ
δέξατ', οὐδ' ἐπὶ στεφάνοις·
ξίφεσι δ' ἀμφιτόμοις λυγρὰν
Αἰγίσθου λώβαν θεμένα,
δόλιον ἔσχεν ἀκοίταν.

στροφὴ γ'.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀγαμέμνονος ὦ κόρα,

V. 160. Post πικρᾶς vulgo inseritur μὲν, quod metri causa delevi. Similiter omissum est Hel. 667. πικρὰς ἐς ἀρχὰς βαίνεις, πικρὰν δ' ἐρεννᾷς φάτιν. Metrum etiam restitueret transpositio πικρᾶς μὲν τομᾶς σᾶς πελέκεως, ut πελέκεως trisyllabum sit.

V. 161. Pro βυλᾶς legendum puto ἀβυλίας, nefandi consilii, ut verba ἐκ Τροίας ὁδῦ explicentur post Troianam expeditionem. Sic ἄστεως ὁδὸς Phoeniss. 849. πατρῴας γῆς νόστος Iphig. Taur. 1066.

V. 162. Vulgo ὐ μίτραις σε γυνή, deficiente syllaba. Addi etiam possit σὴ in fine. Ad v. μίτραις Musgravius comparat Pindar. Pyth. IX. fin. et huius fabulae v. 877. — Hesychius, Photius et Suidas: μίτρα — διάδημα.

V. 165. Ad λώβαν ex antecedentibus intelligo σέ. Sic Orest. 1037.

σὺ νῦν μ', ἀδελφὲ, μή τις Ἀργείων κτάνῃ,
ὕβρισμα θέμενος τὸν Ἀγαμέμνονος γόνον.

Postquam te bipenni Aegisthi contumeliam fecerat, duxit illum, quem furtivum maritum habuerat. Interpretes locum non intellexerunt. Sensus est: sed postquam te occisum Aegisthi contumeliae obtulit, nacta est illum, quem clam mariti loco habuerat.

Digitized by Google

ἦλυθον, Ἠλέκτρα, ποτὶ σὰν ἀγρότειραν αὐ-
λάν.
ἔμολέ τις, ἔμολεν γαλακτοπότας ἀνὴρ
Μυκηναῖος, ὀρειβατας·
ἀγγέλλει δ', ὅτι νῦν τριταί-
αν καρύσσουσιν θυσίαν
Ἀργεῖοι· πᾶσαι δὲ παρ' Ἥ-
ραν μέλλουσι παρθενικαὶ στείχειν.

V. 168. *ἀγρότειραν*. Legebatur *ἀγροτέραν*. Sed Musgravius: „Plutarchus in Lysandro hunc locum citans *ἀγρότειραν* legit p. 807. Ed. H. Steph. (p. 441. D. Ed. Francof.) Metrum postulat *ἀγρότερον*." Immo et numeris aptior est lectio Plutarchi, et exquisitior, quam ut mutari debeat. Masculinum *ἀγροτὴρ* infra habebimus v. 461. De metro vide ad antistrophicum. Quam autem hic dicit *ἀργόπειραν αὐλάν*, infra v. 340. vocat *ἀγραύλους πύλας*. Ac si quis putet, feminina in *ειρα* desinentia nonnisi de personis, aut qui personarum loco haberi possint, usurpari, ei in mentem revocare licet vocem *πίειρα*. Conferri etiam potest Hippol. 68. *εὐπατέρειαν αὐλὰν*, quae lectio tentari non debebat.

V. 169. In hoc versu aut diiambus antecedit Glyconeum, aut totus compositus est ex dochmio et Glyconeo, ita ut dochmii syllaba finalis simul initialis sit Glyconei. Hoc modo bene respondet antistrophico, in quo, ut saepius fit cum alibi tum in hoc ipso carmine, dactylus extremam Glyconei sedem occupat. Pro altero *ἔμολε* scripsi *ἔμολεν*.

Ibid. *γαλακτοπότας*. „*Ἀγροῖκος, ἢ δίκαιος, καὶ ἁπλῶς κατὰ τὸν μῦθον, Ὁμήρῳ δηλονότι, γλακτοφάγων, Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.*"

BARNESIUS.

V. 170. *ὀρειβάτας*. Ita bene Victorius in margine. Vulgo *ὀρειβάτας*.

V. 174. De hoc versu cf. de Verss. Dochm.

Digitized by Google

στροφὴ δ'.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκ ἐπ' ἀγλαΐαις, φίλαι,
θυμὸν οὐδ' ἐπὶ χρυσείοις
ὅρμοις ἐκπεπόταμαι
τάλαιν', οὐδὲ στᾶσα χοροῖς

---

p. 548. — Παρ' Ἥραν, i. e. πρὸς Ἥρας ναόν. — παρθενικαὶ i. e. παρθένοι. Ita Theocritus Idyll. XVIII. 2. Hom. Il. σ' 567. Od. λ' 39. Hymn. XXX. 14. Herm.

V. 175. ἀγλαΐαις. Sic Edit. Victor. et antiquae omnes. Male quaedam recentiores ἀγλαΐας.

V. 177. ἐκπεπόταμαι. Hesych. ἐκπεπότημαι — ἐκπέπληγμαι, quam glossam huc refert Abresch. Miscell. Observ. VI. 272. Sed Hesychii explicatio non satis videtur huic loco convenire. Namque ἐκπέπληγμαι de *timore* potius accipias, ut Noster Suppl. 89. φόβος μ' ἀναπτεροῖ, quam de gaudio, ut nostro loco, cui conferri potest Aeschyl. Choeph. 224.

ἰχνοσκοπεῦσά τ' ἐν στίβοισι τοῖς ἐμοῖς
ἀνεπτερώθης, πάδόκεις ὁρᾶν ἐμέ.

et Soph. Aj. 693.

ἔφριξ' ἔρωτι, περιχαρὴς δ' ἀνεπτόμαν.

Victorius tamen in margine ὅρμοισι πεπόταμαι, suprascriptâ litterâ M, ex quo coniicias, Euripidem scripsisse ὅρμοισιν πεπόταμαι. Verbum enim simplex eodem modo ponitur, ut Aristoph. Nub. 318. ἡ ψυχὴ μὲ πεπότηται, ad quem locum Schol. et Suidas ἀνέπτη, ἀνεκινήθη, et Av. 1445. ἀνεπτερῶσθαι καὶ πεποτῆσθαι τὰς φρένας.

V. 178. οὐδὲ στᾶσα χοροῖς. Ita dedimus pro οὐδὲ στᾶσα χορεύς, quam lectionem si quis defendere conetur, aptioribus id faciat exemplis, quam fecit Musgravius. Nostrae lectioni favet Iphig. Taur. v.

Digitized by Google

Ἀργείαις ἅμα νύμφαις,
ἑλικτὸν κρούσω πόδ' ἐμόν·
δάκρυσι δὲ χεύω, δακρύων δέ μοι μέλει
δειλαίᾳ τὸ κατ' ἦμαρ.
σκέψαι μου πιναρὰν κόμαν,
καὶ τρύχη τάδ' ἐμῶν πέπλων,
εἰ πρέποντ' Ἀγαμέμνονος
κούρᾳ τᾷ βασιληΐᾳ,

1143. χοροῖς δὲ σταίην. — Reiskius coniecerat ὀδ' ἱστᾶσα χορούς. — Musgravii Mss. α, β, χορὲς στᾶσα.

V. 179. Ἀργείαις. Ita Edit. princeps et antiquae omnes. Recentiores Ἀργείοις.

V. 180. „κρύσω, i. e. κρύσσα κινήσω πόδα. v. Marcland. ad Suppl. 1201." Beckius.

Ibid. πόδ' ἐμόν. Librorum lectionem πόλεμον emendavit Canterus, quam pessimam lectionem admodum miror Musgravium revocavisse. Aliena sunt, quibus eam conatur vindicare.

V. 181. δάκρυσι δὲ χεύω. Inserui particulam. Nam nexus desideratur cum antecedentibus. Perperam de hoc loco iudicavi de Verss. Dochm. p. 44. Metrum videtur choriambicum.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ – – ⏑ ⏑ – ⏑ – ⏑ –

V. 184. Metri causa nihil mutandum. vid. ad v. 169. coll. de Verss. Dochm. p. 353. seq.

V. 185. εἰ πρέποντ'. Ita optime Reiskius. Vulgo εἴπερ ποτ'.

V. 186. Editio Victorii:

κύρας, τὰ βασιλεία,
τὰ Τροία θ· ἅμυ cet.

Κύρᾳ iam Reiskius voluit, qui tamen proxima male et legit et explicat. Τᾷ utrobique in margine adscriptum est a Victorio. Ad formam βασι-

Digitized by Google

τᾷ Τροίᾳ θ', ἅ μου πατέρος
μέμναταί ποθ' ἁλοῦσα.

ἀντιστροφὴ γ'.

ΧΟΡΟΣ.

μεγάλα θεός· ἀλλ' ἴθι,
καὶ παρ' ἐμᾶ χρῆσαι πολύπηνα φάρεα δῦναι,
χρύσεά τε χαρίσαι προσθήματ' ἀγλαΐας,

λητία cf. supra v. 118. πολιῆται et v. 134. ἀδελφεάν. Hippol. 1231. βασιληΐδα τιμάν. Ultima idem valent, ac si dixisset τῇ Τροίας ἁλούσει, ἣν πατὴρ ἐμὸς εἷλεν.

V. 189. μεγάλα θεός. Recte Musgravius intelligit Iunonem, (cf. supra v. 175.) non, ut Barnesius, Fortunam.

V. 190. χρῆσαι. Recte Reiskius *accipe mutuo*. In eundem modum vertitur in edit. Stiblini: *pallia utenda accipe, quae induas.* Χρῆσον est *dá mutuo*, χρῆσαι *mutuo accipe*. Aristoph. Thesmoph. 250.

ἀλλ' ἱμάτιον γοῦν χρῆσον ἡμῖν τουτί
καὶ στρόφιον. ὁ γὰρ ταῦτά γ' ὡς ἐκ ἔστ' ἐρεῖς.
ΑΓΑΘΩΝ.
λαμβάνετ', καὶ χρῆσθ'. οὐ φθονῶ.

cf. eiusd. fabulae v. 219. Male quaedam χρῆσαι, quod Barnesius derivat a χρήζω. Antiquae editiones omnes cum Victoriana χρῆσαι. Quod metrum attinet, strophico respondebit, si legamus:

καὶ παρ' ἐμᾶ χρῆσαι, πολύπηνά τε φάρεα
δῦναι.

Notandum autem est simplex δῦναι de *veste*, pro ἐνδῦναι. Hom. Il. ψ. 759. δύσαντο χιτῶνας. Errat igitur Schneiderus, qui simplex δύειν et δύεσθαι Homerum de vestibus dixisse negat.

V. 191. χάρισαι. Si lectio genuina est, nihil aliud significare potest, quam *obsequere nobis*. Qua ratione hoc verbum interpunctione a ceteris disiungendum erit. Musgravius tamen eleganter con-

Digitized by Google

δοκεῖς τοῖς σοῖσιν δακρύοις,
μὴ τιμῶσα θεοὺς, κρατή-
σειν ἐχθρῶν; οὗτοι στοναχαῖς, 195
ἀλλ' εὐχαῖσι θεοὺς σεβί-
ζουσ', ἔξεις εὐαμερίαν, ὦ παῖ.

ἀντιστροφὴ δ'.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐδεὶς θεῶν ἐνοπὰς κλύει
τᾶς δυσδαίμονος, οὐ παλαι-
ῶν πατρὸς σφαγιασμῶν. 200
οἴμοι τοῦ καταφθιμένου,
τοῦ τε ζῶντος ἀλάτα,
ὅς που γᾶν ἄλλαν κατέχει
μέλεος, ἀλαίνων, ποτὶ θῆσσαν ἑστίαν,

---

iicit χάρισι, quod metri causa mutatum velim in χάρισιν.

V. 192. τοῖς σοῖσιν. Legitur τοῖς σοῖσι. Heathius proposuit, τοῖσι σοῖς, quod fortasse etiam praestat. Metrum tamen ille non intellexit. Relinquit enim in stropha οὐρειβάτας. Vid. ad v. 184.

V. 195. εὐχαῖσι θεὸς σεβίζεσ'. Ed. Vict. εὐχαῖς. Musgravii Ms. α. τὸς θεός γε σεβ. quod ille recepit. Sed profectum hoc arbitror ab interpolatore metrico, qui syllabas strophicis aequare voluerit.

V. 196. εὐαμερίαν. Hesych. εὐαμερία, θεοσημία, quam glossam huc refert Abresch. Miscell. Observ. VII. 303. Pro θεοσημία Albertius coniicit εὐθηνία, vere, ut mihi videtur.

V. 198. ἑ i. e. ἕτε. Vid. ad Troad. v. 955. Παλαιῶν πατρὸς σφαγιασμῶν bene Heathius explicat *sacrificiorum olim a patre oblatorum.*

Digitized by Google

τοῦ κλεινοῦ πατρὸς ἐκφύς.
αὐτὰ δ' ἐν χέρνησι δόμοις
ναίω ψυχὰν τακομένα,
δωμάτων πατρῴων φυγάς,

V. 205. χέρνησι. Ambiguum est, rectius scribatur χέρνησι an χερνῆσι. Usitatior est altera ratio, quam praefert Henr. Steph. Thes. T. IV. p. 438. E. comparans γυμνής. Sed, quoniam in Hesychio quoque scriptum reperimus χέρνης, malui retinere, quod libri offerunt. Ceterum Piersonus Veris. p. 239. pro δόμοις coniicit γάμοις et κλαίω pro ναίω, utrumque sine idonea causa. Vid. ad Troad. 299.

V. 207. Offendi potest brevis syllaba in versus fine, quae evitari possit transponendo

δωμάτων φυγὰς πατρῴων.

Sed noli lectionem mutare. Eadem enim conditio est horum locorum: Soph. Oed. Col. 132.

εὐφήμει στόμα φροντίδος
ἰέντες. τὰ δὲ νῦν τιν' ἥκειν.
antistr. πολ-
λὰ κέλευθος ἐρατύει.
κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἁλᾶτα.

Philoct. 184.

στικτῶν ἢ λασίων μετὰ
θηρῶν· ἔν τ' ὀδύναις ὁμῶ.
stroph.
νοσεῖ μὲν νόσον ἀγρίαν,
ἁλόει δ' ἐπὶ παντὶ τῷ.

Ibid. 1103.

ὃς ἦ-
θη μετ' ἀδενὸς ὕστερον
ἀνδρῶν εἰσοπίσω τάλας.
stroph.
ἐκ ἔμελλον ἄρ', ὦ τάλας,
λείψειν ὧδέ ποτ', ἀλλ' ἐμοί.

Adde Eur. Suppl. 1017. Herm. et Cyclop. 67. — Minus tamen huc retulerim Philoct. 1127. Antig.

Digitized by Google

οὐρείας ναίουσ' ἐρίπνας.
μάτηρ δ' ἐν λέκτροις φονίοις
ἄλλῳ σύγγαμος οἰκεῖ.

ΧΟΡΟΣ.

πολλῶν κακῶν Ἕλλησιν αἰτίαν ἔχει
σῆς μητρὸς Ἑλένη σύγγονος, δόμοις τε σοῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴμοι, γυναῖκες, ἐξέβην θρηνημάτων.
ξένοι τινὲς παρ' οἶκον οἵδ' ἐφεστίους
εὐνὰς ἔχοντες, ἐξανίστανται λόχου.
φυγῇ, σὺ μὲν κατ' οἶμον, εἰς δόμους δ' ἐγὼ,
φῶτας κακούργους ἐξαλύξωμεν ποδί.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μέν', ὦ τάλαινα· μὴ τρέσῃς ἐμὴν χέρα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ Φοῖβ' Ἄπολλον, προσπίτνω σε μὴ θανεῖν.

---

102. Rhes. 23. ubi alloquium est, nec Philoct. 1129. Oed. Col. 688. ubi numeri mutantur. De Philoct. 1111. vide de Verss. Dochm. p. 26.

V. 209. Libri φόνιος. Sed verum est quod Barnesius in margine habet φονίοις.

V. 211. Utitur hoc loco Porsonus ad defendendum Phoeniss. v. 1598.

V. 213. ἐξέβην θρηνημάτων Barnesius explicat ἐκ τῶ θρήνε εἰς φόβον παρῆγμαι.

V. 214. ἑφεστίους. Bene Aemil. Portus πρὸς τῇ ἡμῶν ἑστίᾳ εὐνὰς ἔχοντας.

V. 216. sq. φυγῇ — ποδί. Reiskius coniicit πάλιν pro ποδί. Sed Noster Orest. 1468. φυγᾷ δὲ ποδὶ τὸ χρυσεοσάνδαλον ἴχνος ἔφερεν, ubi Facii coniectura φυγάδι ποδὶ, quae non displicuit Porsono, earere possumus.

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἄλλους κτάνοιμ' ἂν μᾶλλον ἐχθίους σέθεν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἄπελθε· μὴ ψαῦ, ὧν σὲ μὴ ψαύειν χρεών,

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐκ ἔσθ' ὅτου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὶ πῶς ξιφήρης πρὸς δόμοις λοχᾷς ἐμοῖς;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μείνασ' ἄκουσον, καὶ τάχ' οὐκ ἄλλως ἐρεῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἔστηκα· πάντως δ' εἰμὶ σή· κρείσσων γὰρ εἶ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥκω φέρων σοι σοῦ κασιγνήτου λόγους.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ φίλτατ', ἆρα ζῶντος, ἢ τεθνηκότος;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ζῇ· πρῶτα γάρ σοι τἀγάθ' ἀγγέλλειν θέλω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

εὐδαιμονοίης μισθὸν ἡδίστων λόγων.

V. 224. *καὶ τάχ' οὐκ ἄλλως ἐρεῖς*, scil. *ἢ ἐγώ, et statim mecum consenties.* Respicit ad ea, quae modo dixerat, *ἐκ ἔσθ' ὅτου θίγοιμ' ἂν ἐνδικώτερον.*

V. 229. *εὐδαιμονοίης μισθὸν* etc. Explica *εὐδαιμονοίης* sive potius *ἔχοις εὐδαιμονίαν, μισθόν σοι ἐσομένην ἡδίστων λόγων.* Similiter Noster Hel. 780. *ἄλιον ἐφθείρε πλάνον.*

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κοινῇ δίδωμι τοῦτο νῷν ἀμφοῖν ἔχειν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ποῦ γῆς ὁ τλήμων τλήμονας φυγὰς ἔχων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐχ ἕνα νομίζων φθείρεται πόλεως νόμον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἦ που σπανίζων τοῦ καθ' ἡμέραν βίου;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔχει μέν· ἀσθενὴς δὲ δὴ φεύγων ἀνήρ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

λόγον δὲ δὴ τιν' ἦλθες ἐκ κείνου φέρων;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἰ ζῇς, ὅπου τε ζῶσα συμφορᾶς ἔχεις.

V. 231. ἔχων. Referri potest participium ad verbum ζῇ v. 228. nisi praestat ad πῦ γῆς supplere ἐστί.

V. 232. νομίζων — νόμον, i. e. *usurpans non unam unius urbis legem, sed plurium.* Henr. Steph. in Lexic. Tom. II. p. 1030. G. ex Luciano affert καὶ νόμας νομίζω τὰς ἐμάς. Cf. Nostri Fragm. Alcmaeon. XIII. 2. ubi νομίζειν τέχνην est *artem usurpare* seu *profiteri*. Φθείρεται autem est *conflictatur*, de qua verbi potestate disputat vir doctus in Miscell. Obs. IV. 451. sq.

V. 233. ἦ που. Musgravii Ms. α. ἔπω.

V. 235. ἐκ κείνου. „Ita Ms. γ. ut iam Canterus Ed. Victor. ἐκείνου." Musgrav.

V. 236. ὅπου — συμφορᾶς. Ita Edit. Princ. Hervag. Stibl., ut reposuerunt Reiskius et Heathius explicantes, *quibus in calamitatibus versere.* Est ea loquendi ratio apud Tragicos frequentissima. Vulgo συμφορὰς, quod iam reperio in Brubach.

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκοῦν ὁρᾷς μου πρῶτον ὡς ξηρὸν δέμας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λύπαις γε συντετηκὸς, ὥστέ με στένειν. 240

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὶ κρᾶτα πλόκαμόν τ' ἐσκυθισμένον ξυρῷ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

δάκνει σ' ἀδελφὸς, ὅ, τε θανὼν ἴσως πατήρ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴμοι· τί γὰρ μοι τῶνδέ γ' ἔστι φίλτερον;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ, φεῦ· τί δαὶ σὺ σῷ κασιγνήτῳ δοκεῖς;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀπὼν ἐκεῖνος, οὐ παρὼν ἡμῖν φίλος. 245

V. 238. Vulgo: *λύπαις τε συντέτηκας.* Sed Reiskius eleganter *συντετηκὸς*, et Heathius *γε* pro *τε*. Utrumque coniunxit Schaeferus. Noster Med. 689.

τί γὰρ σὸν ὄμμα χρώς τε συντέτηχ' ὅδε.

V. 239. *ἐσκυθισμένον.* „Hesychius *ἐσκυθισμένης, κεκαρμένης*. ubi vid. Interprett. et Kusterum ad Suid. v. *περισκυθίσαι.*" Musgravius. Cf. Barnes. ad h. l. et Troad. v. 1036.

V. 242. *τί δαὶ σὺ σῷ κασιγνήτῳ δοκεῖς;* Si genuina lectio est, intellige sic: *τί δαὶ σὺ δοκεῖς εἶναι σῷ ἀδελφῷ; ἢ ἐ φίλη;* Fortasse tamen poeta scripsit *σᾷ* pro *σύ*: *quid vero te fratri putas esse carius?* Quod ad particulam *δαὶ* attinet, ea ex Brunckii quidem sententia, quam Porsonus sequitur ad Med. 1008. e Tragicis est eliminanda. Cui opinioni etsi neutiquam accedam, nostro tamen loco malim legere *δ' αὖ*. Est enim manifesta sententiarum oppositio.

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐκ τοῦ δὲ ναίεις ἐνθάδ' ἄστεως ἑκάς;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγημάμεσθ', ὦ ξεῖνε, θανάσιμον γάμον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὤμωξ' ἀδελφὸν σόν. Μυκηναίων τινί;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐχ ὡς πατήρ μ' ἤλπιζεν ἐκδώσειν ποτέ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἶφ', ὡς ἀκούσας σῷ κασιγνήτῳ λέγω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐν τοῖσδ' ἐκείνου τῆλ' ὅρος ναίω δόμοις.

V. 244. *ἐκ τοῦ*, *quare*. Vid. Markland. ad Suppl. 131.

V. 246. *τινί*. Vulgo *τινά*. Sed Victorius in margine *γρ. καὶ τινὶ, ἵνα ᾖ ὁ νῦς, Μυκεναίων* (sic) *τινὶ ἐγαμήθης*. In Nostri Medea v. 262.

ἦν μοι πόρος τις μηχανή τ' ἐξευρεθῇ,
πόσιν δίκῃ τῶνδ' ἀντιτίσασθαι κακῶν,
τὸν δόντα τ' αὐτῷ θυγατέρ', ἦν τ' ἐγήματο,

ubi Porsonus legi vult aut *ᾗ τ' ἐγήματο* aut *ἣ τ' ἐγήματο*, fortasse nihil mutandum est. Posuisse videtur accusativum ob accusativos praecedentes *πόσιν* et *δόντα*. Valebit igitur illud *ἦν, αὐτὴν ἣν*.

V. 247. *οὐχ ὡς*. Musgravii libri *α. β. ἔχ ὡς*, quod ducit ad *ἐχ ὡ*. Sed vulgata eodem redit, estque paulo exquisitior.

V. 249. *ἐν τοῖσδ'*. Ed. Princ. *ἐν τοῖς δὲ*. — Eadem Ed. et Mss. omnes *τηλορὸς*, quam vocem distraxi in duas *τῆλ' ὅρος*. Ad *τῆλε* intellige, si placet, *ἄστεως*, collat. supra v. 244. *ἐκ τοῦ δὲ ναίεις ἐνθάδ' ἄστεως ἑκάς*. Arist. Nub. 138. *τηλοῦ γὰρ οἰκῶ τῶν ἀγρῶν*. *Ὄρος ναίω*, ut supra v. 208.

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σκαφεύς τις ἢ βουφορβὸς ἄξιος δόμων.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πένης ἀνὴρ γενναῖος, εἴς τ' ἐμὲ εὐσεβής.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἡ δ' εὐσέβεια τίς πρόσεστι σῷ πόσει;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐ πώποτ' εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἄγνευμ' ἔχων τι θεῖον, ἢ σ' ἀπαξιῶν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

γονέας ὑβρίζειν τοὺς ἐμοὺς οὐκ ἠξίου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ πῶς γάμον τοιοῦτον οὐχ ἥσθη λαβών;

οὐρείας ναίουσ' ἐρίπνας. Piersonus Veris. p. 258. legi vult τῇδ' ὄρσε, quod infirmo argumento Musgravius impugnat.

V. 250. ἄξιος δόμων. Post δόμων bene Schaeferus interrogandi signum delevit, ut iam voluit Reiskius, qui bene explicat: *quantum coniicere licet ex aedium specie, necesse est, ut eas incolat agri fossor aut bubulcus.*

V. 254. Lectionem ἀναξιῶν Schaeferus mutavit in ἀπαξιῶν, cuius mutationis in praefatione ad Anacreontem p. VIII. hanc reddit rationem: „Hinc, inquit, verbum ἀναξιῶν ceteris Lexicographis omissum Schneiderus, ascivit. Sed ego hoc verbum graecum esse nego. Itaque dedi ἀπαξιῶν. Sic confusa in Diogene Laertio VII. 105. ἀναξίαν et ἀπαξίαν. V. Addenda ad Gregor. Corinth. p. 922."

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐ κύριον τὸν δόντα μ' ἡγεῖται, ξένε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ξυνῆκ'· Ὀρέστῃ μή ποτ' ἐκτίσῃ δίκην.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τοῦτ' αὐτὸ ταρβῶν· πρὸς δὲ καὶ σώφρων ἔφυ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ.
γενναῖον ἄνδρ' ἔλεξας, εὖ τε δραστέον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

εἰ δή ποθ' ἥξει γ' εἰς δόμους ὁ νῦν ἀπών.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

μήτηρ δέ σ' ἡ τεκοῦσα ταῦτ' ἠνέσχετο;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

γυναῖκες ἀνδρῶν, ὦ ξέν', οὐ παίδων φίλαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τίνος δέ σ' οὔνεχ' ὕβρισ' Αἴγισθος τάδε;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τεκεῖν μ' ἐβούλετ' ἀσθενῆ, τοιῷδε δούς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὡς δῆθε παῖδας μὴ τέκοις ποινάτορας;

V. 257. οὐ κύριον etc. i. e. non putat ei, qui me dedit, ius fuisse hoc faciendi. Iphig. Aul. 703. Ζεὺς ἠγγύησε, καὶ δίδωσ' ὁ κύριος.

V. 262. σ' ἡ τεκοῦσα. Nota pronominis collocationem minus usitatam. Plane sic Soph. Oed. Col. 994. πατὴρ σ' ὁ καίνων.

V. 265. Male vulgo τεκεῖν με βούλετ'.

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τοιαῦτ' ἐβούλευσ', ὧν ἐμοὶ δοίη δίκην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἶδεν δέ σ' οὖσαν παρθένον μητρὸς πόσις;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκ οἶδε· σιγῇ τοῦθ' ὑφαιρούμεσθά νιν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

αἵδ' οὖν φίλαι σοι τούσδ' ἀκούουσιν λόγους;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὥστε στέγειν γε τἀμὰ καὶ σ' ἔπη καλῶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δῆτ', Ὀρέστης πρὸς τόδ' Ἄργος ἦν μόλῃ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἥρου τόδ'; αἰσχρόν γ' εἶπας· οὐ γὰρ νῦν ἀκμή;

V. 270. Ad *φίλαι σοι* intellige ἔσαι. Barnesius: „Orestes de rebus arduis verba facturus de Choro Electram rogat, an fidae sint et amicae illi.“ Cf. Soph. Electr. 1203.

V. 272. *τί δῆτ'*. Ita Schaefcrus. Ceterae editiones *τί δῆθ'*. Posui comma post *τί δῆτ'*, quod ponitur vulgo post *Ὀρέστης*. Sensus est: quid vero faciet, quomodo se gerere debebit, si Orestes huc ad Argos redierit? Male quidam comma ponunt post *πρὸς τόδ'*.

V. 273. Post *ἀκμὴ* cum Heathio interrogationis notam posui. Locum autem, secus atque ille, interpretor sic: Hoccine tu interrogabas? Turpis profecto est talis interrogatio. Nonne summum iam res nacta est fastigium, i. e. nonne tanta iam sunt matris meae et Aegisthi flagitia, ut ultra progredi non possint? Quis igitur quaeret, quid Ore-

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐλθὼν δὲ δὴ πῶς φονέας ἂν κτάνοι πατρός;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τολμῶν, ὑπ' ἐχθρῶν οἵ' ἐτολμήθη πατήρ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἦ καὶ μετ' αὐτοῦ μητέρ' ἂν τλαίης κτανεῖν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ταυτῷ γε πελέκει, τῷ πατὴρ ἀπώλετο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

λέγω τάδ' αὐτῷ, καὶ βέβαια τἀπὸ σοῦ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

θάνοιμι, μητρὸς αἷμ' ἐπισφάξασ' ἐμῆς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ·
εἴθ' ἦν Ὀρέστης πλησίον κλύων τάδε.

---

stem in patriam reversum facere deceat, quum apertum sit, illos mortem commeruisse? Intelligit sororis mentem Orestes respondens, sed *quomodo* fieri poterit caedes?

V. 274. δὴ πῶς. Ita Éditt. antiquae. In Barnes. male legitur δή πως.

V. 275. ὑπ' ἐχθρῶν οἵ' ἐτολμήθη πατήρ. Interpres latinus, *quae pater meus ab inimicorum audacia passus est.*

V. 277. τῷ πατὴρ ἀπώλετο. Piersonus Verisim. p. 75.

ταυτῷ τε πελέκει γ', ᾧ πατὴρ ἀπώλετο.

Male. Saepe enim Tragici articulo ntuntur loco relativi. Neque aptum est illud τε.

V. 278. Recte Schaeferus in fine huius versus interrogationis notam posuit.

V. 279. Vid. supra ad v. 92.

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀλλ', ὦ ξέν', οὐ γνοίην ἂν εἰσιδοῦσά νιν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

νέα γὰρ, οὐδὲν θαῦμ', ἀπεζεύχθης νέου.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

εἰς ἀν μόνος νιν τῶν ἐμῶν γνοίη φίλων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἆρ' ὃν λέγουσιν αὐτὸν ἐκκλέψαι φόνου;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πατρός γε παιδαγωγὸς, ἀρχαῖος γέρων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὁ κατθανὼν δὲ σὸς πατὴρ τύμβου κυρεῖ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἔκυρσεν ὡς ἔκυρσεν, ἐκβληθεὶς δόμων.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οἴμοι· τόδ' οἷον εἶπας! αἴσθησις γὰρ οὖν
κἀκ τῶν θυραίων πημάτων δάκνει βροτούς.
λέξον δ', ἵν' εἰδὼς σῷ κασιγνήτῳ φέρω
λόγους ἀτερπεῖς, ἀλλ' ἀναγκαίους κλύειν.
ἔνεστι δ' οἶκτος, ἀμαθίᾳ μὲν οὐδαμοῦ,

V. 285. ἀρχαῖος γέρων. Eodem modo infra v. 848. ἀρχαίᾳ γέροντος.

V. 292 seqq. vulgo leguntur sic:

ἔνεστι δ' οἶκτος, ἀμαθία μὲν οὐδαμῇ
σοφοῖσιν ἀνδρῶν· ἃ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον
γνώμην μὲν εἶναι τοῖς σοφοῖς λίην σοφήν.

Emendavit Musgravius ex Stobaeo Floril. Tit. III. p. 22. ubi tanquam ex Antiopa petiti leguntur. Nec tamen omnia ille tetigit. Nam proximo versu in Stobaeo pro οὐ γὰρ οὐδ' legitur καὶ γὰρ οὐδ', et v. 294. σοφὸν pro σοφήν. Non esse hos versus

Digitized by Google

σοφοῖσι δ' ἀνδρῶν· καὶ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον, 295
γνώμην ἐνεῖναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφήν.

ΧΟΡΟΣ.

295 κἀγὼ τὸν αὐτὸν τῷδ' ἔρον ψυχῆς ἔχω.
πρόσω γὰρ ἄστεος οὖσα τἀν πύλει κακὰ
οὐκ οἶδα, νῦν δὲ βούλομαι κἀγὼ μαθεῖν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

λέγοιμ' ἄν, εἰ χρή· χρὴ δὲ πρὸς φίλον λέγειν 300
τύχας βαρείας τὰς ἐμὰς κἀμοῦ πατρός.

Antiopae, statim vidissent viri docti, si Trincavelli editionem inspexissent, in qua hi versus a praecedente fragmento separantur. Immo illud etiam incertum haec editio reddit, an ipsum, quod antecedit, fragmentum, ἐγὼ μὲν ἦν cet. ad Antiopam pertineat. Apud Trincavellum enim non ad hoc fragmentum, sed ad aliud, quod huic praemissum est, τρεῖς εἰσὶν ἀρεταὶ, ἃς χρὴ σ' (lege ἃς ἐχρῆν σ') ἀσκεῖν, τέκνον, (ita enim bene hic legitur, non ὦ τέκνον, ut vulgo) etc. ad hoc, inquam, fragmentum adscriptum est Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. Sed proximum fragmentum ἐγὼ μὲν ἦν cet. adscriptum tantum habet τοῦ αὐτοῦ, quod etiam pertinet ad eos versus, qui ex nostra fabula depromti sunt. Ceterum Trincavellus edidit ἀμαθία sine iota subscripto. Vertit Grotius ad Stobaeum:

Non vilis animi motus est, miserescere,
Sed mentis altum providae. noxa imminet,
Cum sapere sese qui putant, sapiunt nimis.

Postrema melius in Excerptt. p. 356. sq.

solet
Non absque damno sapere qui nimium sapit.

V. 296. ἄστεος. Fortasse melius scribitur ἄστεως, sed vid. Pors. ad Orest. 393. coll. de Verss. dochm. p. 392. Paulo post scripsi τἀν cum edit. Victor. Princ. Vulgo τἄν.

Digitized by Google

ἐπεὶ δὲ κινεῖς μῦθον, ἱκετεύω, ξένε,
ἄγγελλ' Ὀρέστῃ τἀμὰ καὶ κείνου κακά.
πρῶτον μὲν, οἵοις ἐν πέπλοις αὐλίζομαι,
πίνῳ θ' ὅσῳ βέβρυθ', ὑπὸ στέγαισί τε
οἵαισι ναίω βασιλικῶν ἐκ δωμάτων·
αὐτὴ μὲν ἐκμοχθοῦσα κερκίσιν πέπλους,
ἢ γυμνὸν ἔξω σῶμα καὶ στερήσομαι·
αὐτὴ δὲ πηγὰς ποταμίους φορουμένη·
ἀνέορτος ἱερῶν, καὶ χορῶν τητωμένη
ἀναίνομαι γυναῖκας, οὖσα παρθένος·
ἀναίνομαι δὲ Κάστορ', ᾧ, πρὶν εἰς θεοὺς

V. 302. *αὐλίζομαι.* Mutavit hanc lectionem Schaeferus meus in *στολίζομαι*, citans (in praef. ad Anacreont. p. VIII.) Anacreont. XXVIII. v. 29.

στόλισον τὸ λοιπὸν αὐτὴν
ὑποπορφύροισι πέπλοις.

ipsumque Euripidem voce *στολμὸς* de *πέπλοις* aliquoties usum esse admonens. Sed Hesychius *αὐλίζομαι* explicat per *μένω*, *ἐνδιατρίβω*, et *ἐναυλίζομαι* eodem modo vertit *ἐνδιατρίβω*. Idem *οἰκεῖ* interpretatur *μένει*. Vide igitur, ne poeta h. l. verbo *αὐλίζεσθαι* eodem significatu usus sit, quo alias occurrit *οἰκεῖν* et *ναίειν*, ut denotet simpliciter *agere*, *vitam agere*, *versari*. Cf. Schol. ad Soph. Oed. Col. 118. et Trach. 99. coll. supra ad nostrae fabulae v. 99.

V. 306. Pro *ἢ* legendum suspiceris *μή*. Sed post *ἤ*, ut post latinorum *quam*, interdum constructio mutatur. Ad *στερήσομαι* intellige *αὐτῶν*, scil. *πέπλων*, *iisque carebo*.

V. 308. *ἀνέορτος ἱερῶν.* „Ms. *β. ἀνέρτος.* Vid. infra ad v. 629.“ Musgrav. Ceterum *ἀνέορτος ἱερῶν* dictum est ut *ἄχαλκος ἀσπίδων*, *ἄπαις τέκνων*, et sexcenta similia apud Tragicos.

V. 309. Recte Barnesius eiecit *δὲ*, quod libri inserunt post *ἀναίνομαι*. Locus tamen est e diffi-

Digitized by Google

ἐλθεῖν, ἔμ' ἐμνήστευον, οὖσαν ἐγγενῆ.
μήτηρ δ' ἐμὴ Φρυγίοισιν ἐν σκυλεύμασιν
θρόνῳ κάθηται, πρὸς δ' ἕδρας Ἀσιήτιδες 315

---

cilioribus. Sensum opinor esse hunc: In tantam iniquitatem et contemtum deiectae nihil mihi consortii est cum mulieribus, quamquam sum virgo, nihil (similitudinis) cum Castore, cui quondam desponsata fui, i. e. nemo, qui me intuetur, coniicere poterit, me quondam tali viro, qualis Castor est iam inter deos relatus, fuisse desponsatam. Difficultatem facit hoc, quod *ἀναίνομαι* secundo loco paululum diversa significatione accipi debet. Alteri sententiae *ἀναίνομαι δὲ Κάστορ'* etc. simile est illud, quod supra legimus v. 188. *εἰ πρέποντα — τᾷ Τροίᾳ, ἃ μὲ πατέρος μέμναται ποθ' ἁλῶσα.* Male autem Scaliger, qui *Κάστορ'* pro *Κάστορε*, i. e. *Διοσκόρω*, accipit, legi vult *ᾧ*, quod *μνηστεύειν* non *desponsare* significet, sed *nuptias alicuius ambire.* Verum eodem modo apud Nostrum Iphig. Aul. 847. Clytaemnestra de se filiae nuptias conciliante dicit *μνηστεύω γάμους ἐκ ὄντας*, et Apollon. Rhod. II. 511.

τῷ καὶ ἀεξηθέντι θεαὶ γάμον ἐμνήστευσαν
Μῶσαι.

V. 311. Edd. Victor. *ἐμὲ μνήστευον.* Emendavit Scaliger.

V. 312. Anapaestos, quos in hoc et in sequenti versu faciunt nomina propria, defendit Porsonus Praef. ad Hec. p. XXIII. ed. Angl. improbatos quondam ab Hermanno Praef. ad Hec. p. LXIII.

V. 313. *πρὸς δ' ἕδρας.* Etiam mihi placet Scaligeri *ἕδραις*, *prope eam in sellis stationem habent*, si quidem huc pertinet Hesychii glossa *σταίζουσι, στάσιν ἔχουσι*, quam ad h. l. refert Heinsius. Sed fortasse haec glossa alio spectat. Bonus certe erit sensus, si *σταίζουσι* active accipiamus, prope eam *sistunt* sive *collocant* sellas suas, i. e. prope eam capiunt sedes.

Digitized by Google

δμωαὶ στατίζουσ', ἃς ἔπερσ' ἐμὸς πατὴρ,
Ἰδαῖα φάρη χρυσέαις ἐζευγμέναι
πόρπαισιν. αἷμα δ' ἔτι πατρὸς κατὰ στέγας
μέλαν σέσηπεν· ὃς δ' ἐκεῖνον ἔκτανεν,
εἰς ταὐτὰ βαίνων ἅρματ' ἐκφοιτᾷ πατρὶ,
καὶ σκῆπτρ', ἐν οἷς Ἕλλησιν ἐστρατηλάτει,
μιαιφόνοισι χερσὶ γαυροῦται λαβών.
Ἀγαμέμνονος δὲ τύμβος ἠτιμασμένος,
οὔπω χοάς ποτ', οὐδὲ κλῶνα μυρσίνης
ἔλαβε· πυρὰ δὲ χέρσος ἀγλαϊσμάτων.
μέθη δὲ βρεχθεὶς τῆς ἐμῆς μητρὸς πόσις
ὁ κλεινὸς, ὡς λέγουσιν, ἐνθρώσκει τάφῳ,
πέτροις τε λεύει μνῆμα λαΐνον πατρὸς,

V. 314. πέρθειν et πορθεῖν interdum significant αἱχμαλωτίζειν, ut explicat Schol. ad Phoeniss. 568. Vid. Barnesium ad nostrum locum.

V. 316. αἷμα — σέσηπεν. Vid. Schütz. ad Aeschyl. Choeph. 65.

V. 322. Legitur οὐ πώποτ' ἐ χοάς. Emendatio Heathii et Piersoni Veris., p. 240. ἐ πώποτε χοὰς numeros praebet non admodum elegantes. Elegantius Thierschius ἔπω χοάς ποτ', quod recepimus. Certe contractionem vocis χοὰς in unam syllabam exemplà a Musgravio allata non probant.
Ibid. κλῶνα μυρσίνης. Cf. infr. v. 507. Citat Stihlinus Coel. Rhodigini Antiqu. Lect. l. 27. c. 26. et Petri Victor. Var. Lect. l. 16. c. 2.

V. 323. χέρσος. Comparant Interpretes Soph. Oed. Tyr. 1501. ubi pariter χέρσος adiectivum est.

V. 326. „Hunc odii explendi morem tangit Argentarius Anthol. H. Steph. p. 211." Musgrav. Legitur is locus in Brunck. Analect. II. p. 274. ἀλλὰ λίθος ἐπὶ τύμβον, ὁδοιπόρε, μήτε σὺ βάλλε.

Digitized by Google

καὶ τοῦτο τολμᾷ τοὔπος εἰς ἡμᾶς λέγειν·
ποῦ παῖς Ὀρέστης; ἆρά σοι τύμβῳ καλῶς
παρὼν ἀμύνει; ταῦτ' ἀπὼν ὑβρίζεται.
ἀλλ', ὦ ξέν', ἱκετεύω σ', ἀπάγγειλον τάδε·
πολλοὶ δ' ἐπιστέλλουσιν, ἑρμηνεὺς δ' ἐγώ,
αἱ χεῖρες, ἡ γλῶσσ', ἡ ταλαίπωρός τε φρήν,
κἄρα τ' ἐμὸν ξυρηκὲς, ὅ τ' ἐκείνου τεκών.
αἰσχρὸν γὰρ, εἰ πατὴρ μὲν ἐξεῖλεν Φρύγας,
ὁ δ' ἄνδρ' ἕν', εἷς ὢν, οὐ δυνήσεται κτανεῖν,
νέος πεφυκὼς κἀξ ἀμείνονος πατρός.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ μὴν δέδορκα τόνδε, σὸν λέγω πόσιν,
λήξαντα μόχθου, πρὸς δόμους ὁρμημένον.

ΑΥΤΟΤΡΓΟΣ.

ἔα, τίνας τούσδ' ἐν πύλαις ὁρῶ ξένους;
τίνος δ' ἕκατι τάσδ' ἐπ' ἀγραύλους πύλας
προσῆλθον; ἦ μου δεόμενοι; γυναικί τοι
αἰσχρὸν μετ' ἀνδρῶν ἑστάναι νεανιῶν.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ φίλτατ', εἰς ὕποπτα μὴ μόλῃς ἐμοὶ,
τὸν ὄντα δ' εἴσει μῦθον· οἵδε γὰρ ξένοι
ἥκουσ' Ὀρέστου πρός με κήρυκες λόγων.
ἀλλ', ὦ ξένοι, σύγγνωτε τοῖς εἰρημένοις.

V. 327. τοὔπος. Ita Edit. Victor. Princ. Vulgo σοὔπος. Vid. Ind. ad Gregor. Cor. s. ὁ, ἡ, τό.

V. 329. ἀπὼν, scil. Orestes.

V. 333. ἐκείνε, i. e. Ὀρέστε.

V. 343. μόλῃς. Ita Musgravius ex Mss. α. β. Vulgo μόλοις.

V. 344. Legitur εἴσῃ.

Digitized by Google

ΑΥΤΟΤΡΙΓΟΣ.

τί φασίν; ἄνηρ ἔστι καὶ λεύσσει φάος;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἔστιν λόγῳ γοῦν· φασὶ δ' οὐκ ἄπιστ' ἐμοί.

ΑΥΤΟΤΡΙΓΟΣ.

ἦ καί τι πατρὸς σῶν τε μέμνηται κακῶν;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐν ἐλπίσιν ταῦτ': ἀσθενὴς φεύγων ἀνήρ.

ΑΥΤΟΤΡΙΓΟΣ.

ἦλθον δ' Ὀρέστου τίν' ἀγορεύοντες λόγον;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

σκοποὺς ἔπεμψε τούσδε τῶν ἐμῶν κακῶν.

ΑΥΤΟΤΡΙΓΟΣ.

οὐκοῦν τὰ μὲν λεύσσουσι, τὰ δὲ σύ που λέγεις.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἴσασιν· οὐδὲν τῶνδ' ἔχουσιν ἐνδεές.

ΑΥΤΟΤΡΙΓΟΣ.

οὐκοῦν πάλαι χρῆν τοῖσδ' ἀνεπτύχθαι πύλας.
χωρεῖτ' ἐς οἴκους· ἀντὶ γὰρ χρηστῶν λόγων
ξενίων κυρήσεθ', οἷ' ἐμὸς κεύθει δόμος.
αἴρεσθ', ὀπαδοί, τῶνδ' ἔσω τεύχη δόμων.
καὶ μηδὲν ἀντείπητε, παρὰ φίλου φίλοι
μολόντες ἀνδρός· καὶ γὰρ, εἰ πένης ἔφυν,

V. 347. ἀνήρ. Ita Schaeferus. Vulgo ἀνὴρ hic et v. 362. Ἔστι accentu notavi, quod hic valet ζῇ.

V. 358. τῶνδ' scil. ἀνδρῶν.

V. 359. ἀντείπητε, scil. ὦ ξένοι.

Digitized by Google

οὔ τοι τό γ' ἦθος δυσγενὲς παρέξομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πρὸς θεῶν ὅδ' ἀνὴρ, ὃς συνεκκλέπτει γά- 565
μους
τοὺς σούς, Ὀρέστην οὐ καταισχύνειν θέλων;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὗτος κέκληται πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φεῦ·
οὐκ ἔστ' ἀκριβὲς οὐδὲν εἰς εὐανδρίαν· 570
ἔχουσι γὰρ ταραγμὸν αἱ φύσεις βροτῶν.
ἤδη γὰρ εἶδον ἄνδρα γενναίου πατρὸς
τὸ μηδὲν ὄντα, χρηστὰ δ' ἐκ κακῶν τέκνα·
λιμόν τ' ἐν ἀνδρὸς πλουσίου φρονήματι,

V. 361. *δυσγενές.* Edd. Victor. *δυσμενές.* Illud restituit Canterus. Confusio est frequentissima.

V. 362. *συνεκκλέπτει γάμους τοὺς σούς*, scil. quales sunt. Nondum enim virginem tetigerat. Cf. v. 268. et 269.

V. 365. Hugo Grotius, qui in Excerptt. p. 358. totum hunc locum usque ad v. 590. vertit, hunc et sequentem versum sic reddit:

Indicia nusquam certa virtutis patent,
Sed animus hominum discrepat promiscue.

V. 368. *χρηστὰ δ'.* Ita Brubach. Vulgo *χρηστά τ'*, ut etiam habet Grotius. Etiam v. 570. malim *γνώμην δὲ.*

V. 369. Iure Musgravius reiicit Scaligeri coniecturam *λοιμὸν* pro *λιμὸν* citans Menandri fragmentum (Trincavellus Alexidi tribuit) ex Stobaeo Floril. XCIII. p. 377. *Ψυχὴν ἔχειν δεῖ πλησίαν.* Adde Nostri Suppl. 907. ibique Markland. Idem usus est verbi *ἀφνειός.* Obiter moneo, in proxime

Digitized by Google

γνώμην τε μεγάλην ἐν πένητι σώματι.
πῶς οὖν τις αὐτὰ διαλαβὼν ὀρθῶς κρινεῖ;
πλούτῳ; πονηρῷ γ' ἄρα χρήσεται κριτῇ.
ἢ τοῖς ἔχουσι μηδέν; ἀλλ' ἔχει νόσον πενία, διδάσκει δ' ἄνδρα τῇ χρείᾳ κακόν.
ἀλλ' εἰς ὅπλ' ἔλθω; τίς δὲ, πρὸς λόγχην βλέπων, μάρτυς γένοιτ' ἂν, ὅστις ἐστὶν ἀγαθός;

Stobaei fragmento ex Eurip. Phaethonte (V.) scribendum videri:

δειλόν γε τοῖς πλουτοῦσι, τοῦτο δ' ἔμφυτον, σκαιοῖσιν εἶναι. τί ποτε τοῦδ' ἔν αἴτιον;

Cf. fragm. Archel. XXIII.

πλουτεῖς; ὁ πλοῦτος δ' ἀμαθία, δειλόν δ' ἅμα. et Phoenissa. 600. δειλὸν δ' ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν.

V. 371. αὐτὰ i. e. ταῦτα. Vid. ad Troad. v. 376.

V. 372. γ' ἄρα. In Schaeferi editione typothetae errore legitur δ' ἄρα. — Edit. Victor. Princ. γ', ἄρα. Fortasse verius est τἄρα i. e. τοὶ ἄρα.

V. 373. ἢ τοῖς ἔχουσι μηδέν. Concretum posuit poeta pro abstracto, non admodum opportuno loco.

V. 374. διδάσκει δ'. Ita Musgravius ex tribus Mss. ut Barnesius coniecerat, et ut legi videtur in Ed. Princ. Ed. Victor. Flor. διδάσκει γ'.

Ibid. τῇ χρείᾳ κακόν. Musgravius: „διδάσκει ἄνδρα κακὸν idem valet, quod διδάσκει ἄνδρα κακὸν εἶναι. Formulam illustrat Toupius ad Suidam v. χρεία, Tom. III. p. 320. (p. 571. Ed. Lips.) et ante eum Bentleius, Epist. ad Millium p. 18. Vide etiam ad Heracl. v. 575. Pro ἄνδρα τῇ χρείᾳ corrigit Toupius ἄνδρα χ' ἡ χρεία. Mihi satisfacit vulgata.“ Cf. Matthiae Grämm. Graec. §. 403. b. p. 545.

V. 375. Male Heathius coniicit ἐλθών.

V. 376. ἀγαθός. Veteres editiones ἀγαθόν. Victorii tamen Ed. Princ. ὦ ἀγαθός.

Digitized by Google

κράτιστον εἰκῇ ταῦτ' ἐᾶν ἀφειμένα.
οὔτος γὰρ ἄνηρ, οὔτ' ἐν Ἀργείοις μέγας, 380
οὔτ' αὖ δοκήσει δωμάτων ὠγκωμένος,
ἐν τοῖς τε πολλοῖς ὢν, ἄριστος εὑρέθη.
οὐ μὴ φρονήσεθ', οἳ κενῶν δοξασμάτων

V. 377. Heathius: „Ex Diogene Laertio Lib. II. §. 33. discimus Socratem, cum haec fabula publice recitabatur, in theatro adfuisse, et hoc v. audito surrexisse et e theatro fuisse egressum, dicentem, ridiculum esse, mancipium, si non inveniatur, dignum inquisitione iudicare, virtutem autem ita subtrahi permittere. In hodiernis quidem Laertii exemplaribus hic versus ex Euripidis Auge citatur; sed hanc ipsam fabulam designari manifestum, opinor, erit versus proxime praecedentes expendenti."

Ibid. Pro εἰκῇ Toupius ad Long. p. 242. mavult εἴη, quod deterius est. Pertinet εἰκῇ non ad ἐᾶν sed ad ἀφειμένα. Bene Grotius:

Haec melius ergo sinere sic ferri, ut cadunt.

V. 379. δοκήσει i. e. δόξῃ, ut Androm. 697. Herc. Fur. 288. Fragm. Ixion. I.

Ibid. ὠγκωμένος. „Ms. β. ὀγκώμενος. Verum puto ὀγκώμενος." Musgravius. Minime omnium. Hoc esset, *non superbe se gerens propter gentis suae gloriam*, quasi vere ex generosa stirpe esset oriundus. Sensus est, *non gentis nobilitate clarus factus*. Eodem modo hoc participio noster utitur Fragm. Phryx. XIV. et Fragm. Inc. XVII.

V. 380. εὑρέθη. Heathius mavult ηὑρέθη. Sed in hoc verbo augmentum non ponitur. In Iph. Taur. 777. iam Marklandus et Musgravius correxerunt εὑρήμεθα.

V. 381. οἳ κενῶν δοξασμάτων πλ. πλανᾶσθε, i. e. qui, maioris scilicet, quam par est, divitias et generis nobilitatem aestimantes, falsarum opinionum pleni a vera via aberratis. Similiter Isocrates Epist. ad liberos Iasonis p. 1006. Bas. ὑμᾶς ταῖς δια-

Digitized by Google

πλήρεις πλανᾶσθε, τῇ δ' ὁμιλίᾳ βροτοὺς
κρινεῖτε καὶ τοῖς ἤθεσιν τοὺς εὐγενεῖς; 385
οἱ γὰρ τοιοῦτοι τὰς πόλεις οἰκοῦσιν εὖ
καὶ δώμαθ'· αἱ δὲ σάρκες αἱ κεναὶ φρενῶν
ἀγάλματ' ἀγορᾶς εἰσίν· οὐδὲ γὰρ δόρυ
μᾶλλον βραχίων σθεναρὸς ἀσθενοῦς μένει·

νοίαις πλανᾶσθαι καὶ πολλῶν διαμαρτάνειν πραγμάτων. Totum autem hunc locum usque ad v. 388. in Excerpta sua retulit Stobaeus Serm. LXXXIV. p. 490. (Floril. p. 353.) ubi varias quasdam lectiones deprehendere licet. Pro φρονήσεθ' Trincavellus et Gesnerus legunt φρονήσηθ'. V. 383. apud Trincavellum legitur κρίνετε pro κρινεῖτε. V. 384. omnes Stobaei editiones habent τοιοίδε pro τοιοῦτοι, et v. 385. βροτῶν pro φρενῶν, (quod posterius iam correxit Gataker. Op. Crit. p. 511.) versu denique 386. δόρυ pro δορί.

V. 382. τῇ δ' ὁμιλίᾳ etc. i. e, et potius ex vita et moribus de mortalium nobilitate iudicabitis?

V. 384. οἱ τοιοῦτοι scil. εὐγενεῖς τοῖς ἤθεσιν.

V. 386. ἀγάλματ' ἀγορᾶς. Comparat Gatackerus l. l. Nostri Fragm. Autolyc. III. 10. ex Athen. Deipnos. X. 2. καὶ πόλεως ἀγάλματα φοιτῶσι.

Ibid. δόρυ. Ita, ut dictum est, Stobaeus. Idem optime coniecerat Reiskius. Sic Noster Heracl. 744. κακὸς μένειν δόρυ. Vertit Grotius:

Nec securius
Robusta teneris brachia hastam acceperint.

Vulgo legitur δορί.

V. 387. μένει. „Optime Tyrwhittus: Corrigendum opinor θένει. Sic Cyclop. v. 7.

ἰτέαν εἰς μέσην θένων δορί."

Musgravius. Immo, qui robusto est corpore, is maiori vi poterit θένειν, sed non ideo etiam μένειν, i. e. *hostes fortiter excipere, neque cedere loco.* Similiter Sophocl. Antig. 671.

δορὸς τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον
μένειν δίκαιον κἀγαθὸν παραστάτην.

Digitized by Google

ἐν τῇ φύσει δὲ τοῦτο κἂν εὐψυχίᾳ. 390
ἀλλ', ἄξιος γὰρ ὅ, τε παρὼν, ὅ, τ' οὐ παρὼν,
Ἀγαμέμνονος παῖς, οὗπερ οὕνεχ' ἥκομεν,
δεξώμεθ' οἴκων καταλύσεις. χωρεῖν χρεὼν,
δμῶες, δόμων τῶνδ' ἐντός. ὡς ἐμοὶ πένης
εἴη πρόθυμος πλουσίου μᾶλλον ξένος. 395
αἰνῶ μὲν οὖν τοῦδ' ἀνδρὸς εἰσδοχὰς δόμων,
ἐβουλόμην δ' ἂν, εἰ κασίγνητός με σὸς
εἰς εὐτυχοῦντας ἦγεν εὐτυχῶν δόμους.
ἴσως δ' ἂν ἔλθοι· Λοξίου γὰρ ἔμπεδοι
χρησμοὶ, βροτῶν δὲ μαντικὴν χαίρειν ἐῶ. 400

ΧΟΡΟΣ.

νῦν, ἢ πάροιθεν, μᾶλλον, Ἠλέκτρα, χαρᾷ
θερμαινόμεσθα καρδίαν· ἴσως γὰρ ἂν
μόλις προβαίνουσ' ἡ τύχη σταίη καλῶς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὦ τλῆμον, εἰδὼς δωμάτων χρείαν σέθεν,
τί τοὺσδ' ἐδέξω μείζονας σαυτοῦ ξένους; 405

ΑΥΤΟΤΡΓΟΣ.

τί δ'; εἴπερ εἰσὶν, ὡς δοκοῦσιν, εὐγενεῖς,
οὐκ ἔν τε μικροῖς, ἔν τε μὴ, στέρξουσ' ὁμῶς;

V. 389. ὅ τε παρὼν, ὅ τ' ἐ παρών. „Aenigmatice loquitur Orestes, de se ipso; qui cum revera praesens esset, absens putabatur." Barnesius.

V. 392 seq. ὡς ἐμοὶ — ξένος. Videtur hoc dicere: Diviti hospiti praefero pauperem, qui propenso sit animo. Lobeckius de usu Apostroph. p. 20. coniicit πρότιμος loco πρόθυμος.

V. 395. ἐβουλόμην δ' ἄν, i. e. μᾶλλον ἐβουλόμην ἄν. Vid. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 769 sq. Schaef.

V. 404. τί δ'; In Ed. Victor. Princ. signum interrogationis deest.

V. 405. ἔν τε μικροῖς etc. „ἔν τε μὴ, subaudi

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐπεὶ νυν ἐξήμαρτες ἐν σμικροῖσιν ὢν,
ἔλθ' ὡς παλαιὸν τροφὸν ἐμοῦ φίλου πατρὸς,
ὃς ἀμφὶ ποταμὸν Ταναὸν, Ἀργείας ὄρους
τέμνοντα γαίας Σπαρτιάτιδός τε γῆς,
ποίμναις ὁμαρτεῖ, πόλεος ἐκβεβλημένος·
κέλευε δ' αὐτὸν, εἰς δόμους ἀφιγμένον,

ὑπάρχουσι, et verte: nonne et victum tenuem et deficientem etiam offendentes, in eo tamen acquiescent?" Heathius. Male. Negligentius locutus est poeta, qui hoc vult; στέρξουσι ἐν μικροῖς ἐχ ἧττον, ἢ ἐν μὴ μικροῖς. Ceterum Edit. princeps et antiquissimae omnes pro στέρξουσ' habent στέξουσ'. Sed στέρξουσ' Victorius manu in margine adscripsit, ut coniecerat Hartungus apud Stiblinum.

V. 406. ἐπεί νυν ἐξήμαρτες cet. Continuat Electra suam orationem non attendens ad mariti obiectionem. Sensus est: Quandoquidem in eo peccasti, quod hospites hosce recepisti, quum sis in re tenui, etc.

V. 407. ἐμῷ φίλῳ. Musgravii Ms. β. ἐμὸν φίλον, quae lectio intelligi possit, si haec verba interpunctione a ceteris disiungantur et construatur ἔλθ' ὡς παλαιὸν τρόφον πατρὸς, ἐμὸν φίλον. Cf. supra v. 283. ubi de eodem viro Electra εἷς τῶν ἐμῶν φίλων. Sed est tamen haec ratio paulo durior.

V. 408. Ταναόν. Ita Libri. Barnesius ex Pausania Lib. II. fin. quem Stiblinus oitat, emendavit Τανόν. Heathius tamen Pausaniam potius ex Euripide emendandum iudicat. Hermannus Ταναὸν etiam ideo praefert, quod haec sit graeca vox.

V. 410. πόλεος. Ita Schaeferus. Vulgo πόλεως contra metrum. Quod Heathius et Reiskius malunt πόλιος, ea forma in senariis Tragici non utuntur.

V. 411. εἰς δόμους ἀφιγμένον i. e. domum suam reversum e pascuis. Cf. ad v. 6. Respicitur ad verba ποίμναις ὁμαρτεῖ v. antecedente. Bene enim

Digitized by Google

ἐλθεῖν, ξένων τ' εἰς δαῖτα πορσῦναι τινά.
ἡσθήσεταί τοι καὶ προσεύξεται θεοῖς,
ζῶντ' εἰσακούσας παῖδ', ὃν ἐκσώζει ποτέ.
οὐ γὰρ πατρῴων ἐκ δόμων μητρὸς πάρα
λάβοιμεν ἄν τι· πικρὰ δ' ἀγγείλαιμεν ἄν,
εἰ ζῶντ' Ὀρέστην ἢ τάλαιν' ἄσθοιτ' ἔτι.

ΑΤΤΟΥΡΓΟΣ.

ἀλλ', εἰ θοκεῖ σοι, τοὐσθ' ἁπαγγελῶ λόγους
γέροντι. χώρει δ' εἰς δόμους ὅσον τάχος,
καὶ τἄνδον ἐξάρτυε· πολλά τοι γυνὴ
χρήζουσ' ἂν εὕροι δαιτὶ προσφορήματα.
ἔστιν δὲ δὴ τοσαῦτά γ' ἐν δόμοις ἔτι,
ὥσθ' ἕν γ' ἐπ' ἦμαρ τοὐσδε πληρῶσαι βορᾶς.
ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἡνίκ' ἂν γνώμῃ πέσῳ,

Heathius monet, domum suam ipsi proficiscendum fuisse, ut inde dapes hospitibus peteret. Ceterum in editione principe aute εἰς inseritur τόνδ', quod cum Scaligero et Barnesio omisimus. Possit tamen aliquis coniicere:

κέλευε δ', αὖ τόνδ' εἰς δόμους ἀφιγμένον,
ἐλθεῖν,

ut coniungantur αν ἀφιγμένον. Sed illud αὖ non videtur satis opportuno loco positum.

V. 414. ἐκσώζει. Praesens pro praeterito, ut saepe apud Tragicos. Similiter post relativum Soph. Trach. 20. Philoct. 261.

V. 417. ἄσθοιτο, i. e. παρ' ἡμῶν ἀκούσειε.

V. 421. προσφορήματα. Schneiderus in Lexico explicat per προσφοράν, eo significatu, quo προσφορὰ dicitur de dapibus.

V. 422. τοσαῦτά γ' ἐν δόμοις. Ita Mss. α. et β. — Ms. γ. τοσαῦτό γ' ἐν δόμοις. Victorius et Editiones τοσαῦτα τἀν δόμοις, quod minus placet.

V. 424. Legitur vulgo ἐν τοῖς τοιούτοις δ' ἡνίκ' ἂν γνώμη πέσῃ. Schaeferus πέσοι mutavit in

Digitized by Google

σκοπῶ τὰ χρήμαθ' ὡς ἔχει μέγα σθένος,
ξένοις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσον πεσὸν

πέσῃ. Sed Stobaeus Floril. XCI. p. 367. pro γνώμῃ πέσοι habet γνώμης πέσω, quam lectionem Heathius mire construit et explicat. Legendum, ut edidimus, γνώμῃ πέσω, qua ratione variae istae lectiones conciliantur. De subscripto ι a librariis passim in ς mutato vid. Schaef. Melet. Crit. p. 112. sq. Πίπτειν γνώμῃ idem est quod πίπτειν εἰς γνώμην, *incidere in cogitationem*. Sic Orest. 88. δεμνίοις πέπτωχ' ὅδε. Sensus est: Quando, ubi talo quid accidit, in meditationem incidero, intelligo etc. Ceterum in Soph. Trach. 705. legimus ποῖ γνώμης πέσω, unde si quis putet Stobaei lectioni auctoritatis aliquid accedere, ei demonstrandum est, non modo dici posse ἡνίκα γνώμης pro ὅποι γνώμης, sed etiam, quomodo talem explicationem loci nexus ferat.

V. 426. Plutarchus de Aud. Poet. p. 33. ed. Franc. hunc versum, quem sic citat:

φίλοις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὰν
δαπάναις ἰσῶσαι,

a Cleandro mutatum esse refert in:

πόρναις τε δοῦναι, σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
δαπάναις ἐπιτρίψαι.

Lectionem δαπάναις ἰσῶσαι dudum correxerunt. Sed φίλοις pro ξένοις etiam Stobaeus habet, idemque paulo post ἐφημέρου pro ἐφ' ἡμέραν. Sed supra v. 233, τοῦ καθ' ἡμέραν βίου. coll. Alcest. 791. Cycl. 335. πιεῖν καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν. Phoeniss. 404. ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν. Quamquam significatione differunt καθ' ἡμέραν et ἐφ' ἡμέραν, Illud est *per diem, quotidie*, hoc *in diem, für, auf den Tag*. Herodot. I. 32. οὐ γάρ τοι ὁ μέγα πλούσιος μᾶλλον τοῦ ἐπ' ἡμέρην ἔχοντος ὀλβιώτερός ἐστι, εἰ μὴ οἱ τύχη ἐπίσποιτο, πάντα καλὰ ἔχοντα τελευτῆσαι εὖ τὸν βίον.

Digitized by Google

δαπάναισι σῶσαι· τῆς δ' ἐφ' ἡμέραν βορᾶς
εἰς μικρὸν ἥκει· πᾶς γὰρ ἐμπλησθεὶς ἀνὴρ, 430
ὁ πλούσιός τε χὠ πένης, ἴσον φέρει.

V. 429. χὠ πένης, Stobaeus καὶ πένης, quod non multum abfuit quin praeferrem. Articulus enim in talibus locis ad alterum substantivum haud raro omittitur. Immo omittitur, ubi etiam magis necessarius videtur, ut Soph. Oed. Col. 1313.

τὰ πρῶτα μὲν
δορὶ (leg. δόρει) κρατύνων, πρᾶτα δ' οἰωνῶν ὁδοῖς,

In eadem fabula v. 808. vereor, ut Musgravius et Schaeferus iure Suidam secuti sint. Nihil est quod reprehendi possit in librorum lectione:

Χωρὶς τό τ' εἰπεῖν πολλὰ καὶ τὰ καίρια.

Facile intelligitur τὸ εἰπεῖν ad τὰ καίρια, aegrius desideramus articulum ad καίρια. Cf. Aeschyl. Sept. ad Theb. 1. 621. Choeph. 578. Eurip. Iph. Aul. 829. — In Platonis Protag. p. 357. a. ἐν ὀρθῇ τῇ αἱρέσει — τοῦ τε πλέονος καὶ ἐλάττονος καὶ μείζονος καὶ σμικροτέρου καὶ ποῤῥωτέρω καὶ ἐγγυτέρω articulus τοῦ omissus quidem est ad verba ἐλάττονος, μείζονος, σμικροτέρου, sed non ad verba ποῤῥωτέρω et ἐγγυτέρω. Recte igitur Heindorfius Henr. Stephanum reprehendit, quod praefixo ille articulo coniecerit τοῦ ποῤῥωτέρω et τοῦ ἐγγυτέρω, sed quod ipse, ut videtur, illud τοῦ ad haec verba supplet, in eo fallitur. Si supplendus articulus est, ex nexu loci supple τὸ, non τοῦ. Paulo ante p. 356. b. συνθεὶς τὰ ἡδέα καὶ συνθεὶς τὰ λυπηρὰ καὶ τὸ ἐγγὺς καὶ τὸ πόῤῥω. In Eur. Iph. Aul. v. 22. legendum καὶ φιλότιμον, non τό τε φιλότιμον, ne proceleusmaticum in anapaestos intrudamus. Multo autem his memorabilior est omissio articuli ad prius vocabulum, qualem in nostra fabula legimus infra v. 1346.

οἷσιν δ' ὅσιος καὶ τὸ δίκαιον
φίλον ἐν βιότῳ.

Digitized by Google

στροφὴ ἀ.

ΧΟΡΟΣ.

κλειναὶ νᾶες, αἵ ποτ' ἔμβατε Τροΐαν
τοῖς ἀμετρήτοις ἐρετμοῖς,
πέμπουσαι χοροὺς μετὰ Νηρήδων·
ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελ-

Quae cognata videtur cum illa loquendi formula, qua εἴτε, οὔτε et praepositiones ad prius sive vocabulum sive membum omittuntur, ponuntur ad alterum.

V. 430. κλειναὶ νᾶες. Similem locum vid. Troad. a v. 121. De hoc alloquii genere supra diximus ad v. 1. De metro autem huius versus disputatum est ad Troad. v. 522. Dochmios cum Glyconeis coniunxit etiam Sophocles Oed. Col. a v. 117. Hermannus tamen etiam sic explicari posse hos numeros censet, ut e quatuor ordinibus compositi putentur hoc modo:

– ⏑ – | – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ – | – ⏑ – ⏑ –

De quarta ab initio syllaba ancipiti comparat similem aliorum versuum rationem, ut de quibus diximus de Verss. Dochm. p. 261, seq.

V. 432. πέμπουσαι χορούς i. e. *ducentes choreas*. Ita dicitur πομπὴν πέμπειν. vid. Henr. Steph. Thes. III. p. 197. A. Quid velit poeta, ipse optime explicat Hel. 1467. Φοίνισσα Σιδωνιὰς ὦ ταχεῖα πώπα — χοραγὲ τῶν παλλιγόρων δελφίνων. Cf. etiam Soph. Oed. Col. 717.

πλάτα
Θρώσκει, τῶν ἑκατομπόδων
Νηρηίδων ἀκόλουθος,

et Nostri Iphig. Taur. 427. Ceterum vulgo legitur Νηρηΐδων. Vid. ad antistrophicum.

V. 433. ἵν'. Cave de tempore intelligas. In praegressa sententia latet *in mari*. Noster Iph. Taur. v. 426.

Digitized by Google

φὶς πρώραις κυανεμβόλοις-
σιν εἰλισσόμενος,
πορεύων τὸν τᾶς Θέτιδος
κοῦφον ἅλμα ποδῶν Ἀχιλῆ
σὺν Ἀγαμέμνονι Τρωΐας
ἐπὶ Σιμουντίδας ἀκτάς.

ἀντιστροφὴ ἀ.

Νηρῇδες δ', Εὐβοΐδας ἀκτὰς λιποῦσαι,

ἐπ' Ἀμφιτρίτας ῥοθίῳ δραμόντες·
ὅπου πεντηκοντα κορᾶν
τῶν Νηρήδων χοροί.

Ibid. ἔπαλλε, i. e. ἐπάλλετο. vid. Porson. ad Orest. 316, qui tamen ibi male corrigit ἀμπάλλετ', metro non intellecto. Eodem modo paulo post v. 474. habebimus ἔπαλλον pro ἐπάλλοντο. Ad vocem φίλαυλος Barnesius citat Plin. Hist. Nat. Lib. IX. c. 8. *Delphinus — mulcetur symphoniae cantu, et praecipue hydrauli sono*, et Aul. Gell. l. 7. c. 8. l. 16. c. 19. Herodot. l. 1. c. 24. Oppian. Halieut. l. 1. v. 670.

V. 434. κυανεμβόλοισιν. Hunc et antec. v. legimus in Aristoph. Ran. v. 1317. Vid. antistropham.

V. 436. πορεύων. Soph. Oed. Col. 1475.

ἀλλ' ὡς τάχιστά μοι μολὼν
ἄνακτα χώρας τῆσδέ τις πορευσάτω.

Pro quo, quod diligenter notes, paulo ante v. 1457.

πῶς ἄν, εἴ τις ἔντοπος,
τὸν πάντ' ἄριστον δεῦρο θησέα πόροι.

V. 437. Ἀχιλῆ. Ita Heathius. Vulgo Ἀχιλλῆ. Ceterum vid. ad v. 449.

V. 438. Τρωΐας. Vulgo Τρωΐας, quod metro repugnat. Possis etiam legere Τρωϊκάς, sed etiam Τρωϊάδες Noster dixit Hec. 97.

V. 440. Εὐβοΐδας. Malim Εὐβοΐδας et Heraclid. 85. Εὐβοΐδ'.

Digitized by Google

Ἥφαίστου χρυσείων ἀκμόνων
μόχθους ἀσπιστὰς ἔφερον τευχέων.

V. 441. Ad *χρυσέων ἀκμόνων* Barnesius intelligi vult *ἀπὸ*, referens haec verba ad *ἔφερον*. Sed fallitur. Bene Reiskius: „Nereides ferebant labores aureārum Vulcani incudum, h. e. instrumenta, parata super incude Vulcani." In genitivorum concursu noli offendere. Ceterum haec Achillis arma audacter poeta dixit *μόχθους ἀσπιστὰς τευχέων*, *labores armorum scutatos*, partem potiorem, scutum, commemorans. Vox *ἀσπιστὰς* metro neutiquam officit.

V. 442. *τευχέων* lege ut disyllabum. Est enim hoc numerorum genus satis frequens in Glyconeis carminibus. Vid. de Verss. Dochm. p. 348. Locis, quos ibi proposui, adde Nostri Hippol. 147. quem versum de Verss. Dochm. p. 227. male anapaesticum putavi. Legendum in antistrophico eius cum Heathio, Valckenario et Brunckio *τόνδ'* pro *τὸν*, sed in stropha *ἀνίερος* tentari neutiquam debet. Illud *ἀνίερος ἀδύτων πελάνων* (i. e. *ἀνίερος πελάνων τεθυμένων* sive, ut Scholiastes explicat, *μὴ ἁγνισθεῖσα ἑαυτὴν διὰ τῶν θυμάτων*) pertinet ad illas dicendi formulas, in quibus adiectivum apponitur, quo continetur id, quod eius, de quo sermo est, vel causa vel consequens est. Sic Sophocl. Oed. Col. 1200.

τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος.

Huc etiam refero difficillimum illum locum Soph. Electr. 241. *γονέων ἐκτίμους ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων*, quem sic explico: *non inhibens lamenta, ita* (si inhiberentur,) *parentes honore privatura*, sive, *quae si inhiberem, parentes debito honore privarem.* Sophocl. Oed. Reg. 57.

ὡς οὐδὲν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς,
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

Ad quem locum vid. Schaefer. Adde Herm. ad Eur. Suppl. 1030. et, quem hic laudat, Lobeck. ad Aiac. 515. p. 299.

Digitized by Google

ἀνά τε Πήλιον, ἀνά τε πρυ- 445
μνὰς Ὄσσας ἱερὰς νάπας,
Νυμφαίας σκοπιὰς,
κόρας μάτευσ' ἔνθα πατὴρ

V. 443. *πρυμνάς*. Barnesiana Lipsiensis *πρυμνᾶς*. Musgravius, qui de radicibus montis intelligebat, corrigendum putat *ἀμφί τ' ἐρυμνὰς*, citans Apoll. Rhod. II. 516. et Nicand. Theriac. 217. Sed explicandum puto de *ἐξοχαῖς τοῦ ὄρους*. Hesych. *πρυμνὸν, τὸ ἔσχατον, τὸ ἄκρον* (coll. Suida sub eadem voce) et *πρύμναι, αἱ ἄκραι*. Vid. etiam Etym. M. p. 693. 36.

V. 445. *Νυμφαίας σκοπιάς*. Retinui hic atque in stropha lectionem vulgatam, quamquam, ut Hel. 1340. legimus *Νυμφᾶν σκοπιὰς* et Phoeniss. 240. *οὐρεῖαι σκοπιαὶ Διῶν*, ita et hoc loco fortasse scribendum est *Νυμφᾶν σκοπιάς*, et in stropha *πνανεμβόλοις*, quod ipsum offert Aristophanes loco laudato. Videndum est enim, an metra, quae vulgo feruntur, recte sibi respondeant. Nam etsi eosdem numeros intra Glyconeos legamus Eur. Suppl. 960. et 968. coll. Iph. Taur. 435., ibi tamen antecedens Glyconeus in stropha pariter atque in antistropha una cum verbo finitur, ut, utrum continuandi numeri sint, iudicari nequeat. Monometer autem anapaesticus haud raro Glyconicis interponitur. Accedit, quod ex vulgata lectione septem deinceps vocabula in *ας* terminantur.

V. 446. *κόρας μάτευσ'*. Ita legi in ed. Victor. affirmat Musgravius, idemque habent Brubach. Hervag. Stibl. — Thierschius tamen ex editione Princ. enotavit *κόραι μάτευσ'*. Barnesius edidit *κόραι ματεύουσ'*, quod metro non minus adversum est, atque alterum, quod proponit, *κόραις ματεύουσ', oculis quaerunt*. Idem valet de Musgravii coniectura *κόρας δατεῦσ'*, quae alias etiam offensiones habet. Nec melior est altera Musgravii emendatio *κόραις ζατεῦσ'*, quo dorismi genere

Digitized by Google

ἱππότας τρέφειν Ἑλλάδι φῶς,
Θέτιδος εἰνάλιον γόνον,
ταχύπορον πόδ' Ἀτρείδαις.

στροφὴ β'.

Ἰλιόθεν δ' ἔκλυον τινὸς ἐν λιμέσιν

Tragici abstinuerunt. Melius de hoc loco meruissent interpretes, si, quid velit poeta, explicuissent, qui in eo videntur consentire, Nereidas in Pelio et Ossa quaesivisse Achillem. Sed, quaeso, cur? Nimirum ut arma Vulcani ei traderent. At tum temporis Achilles erat ad Troiam. An intellexerunt illa arma, quae prius habuit Achilles, quibus Patroclum Hector exuit? Sed etiam de his diversa tradit Homerus Il. σ. 82 sqq. Nihil superest, quam ut dicas, diversam ab Homerica Euripidem secutum esse fabulam, id quod hac in re mihi quidem parum probabile fit. Nam quod Nereidas, non Thetin, quemadmodum Homerus narrat et ipse Noster Iphig. Aul. v. 1073., arma Achilli attulisse tradit, id nihil momenti facit, quum Nereides perpetuae sint Thetidis comites. Minus etiam probat illud, quod in armorum descriptione non singula quaeque ex Homero transtulit, ut potius, si hoc fecisset, mirandum ducerem. Hinc adducor, ut longe aliud quid, quam quod interpretes opinantur, in corrupta ista lectione κόρας μάτενσ' latere putem, quod tamen quale sit, equidem non potui reperire. Versum primitus fuisse Glyconeum, ex stropha intelligitur.

V. 448. εἰνάλιον. Vulgo ἐνάλιον. Illa forma Euripidi reddenda etiam est Iph. Taur. 1240.

V. 449. ταχύπορον πόδ', i. e. ταχύπορον πόδας, ut supra v. 437. dicitur νοῦφος ἅλμα ποδῶν, Iphig. Aul. 206. ἰσάνεμος ποδοῖν, Androm. 1237. ταχὺς πόδας. Commemoro haec, ne quis nimis audaci metaphora ταχύπορον tanquam epitheton referat ad πόδα.

Digitized by Google

Ναυπλίοισι βεβῶτος,
τᾶς σᾶς, ὦ Θέτιδος παῖ,
κλεινᾶς ἀσπίδος ἐν κύκλῳ
τοιάδε σήματα, δείματα
Φρύγια, τετύχθαι·
περιδρόμῳ μὲν ἴτυος ἕδρᾳ
Περσέα λαιμοτόμαν ὑπὲρ
ἄλὸς ποτανοῖσι πεδίλοισι φυὰν Γοργόνος ἴσχειν
Διὸς ἀγγέλῳ σὺν Ἑρμᾷ,
τῷ Μαίας ἀγροτῆρι κούρῳ.

V. 451. *Ναυπλίοισι.* Recte Heathius et Musgravius intelligunt *λιμένα Ναυπλίειον*, Argis vicinum, citantes Orest. v. 54. et Strab. p. 568. (Lib. VIII. p. 566. Almel.)

V. 457. Dedi *λαιμοτόμαν* pro *λαιμοτόμον*, versus causa, ut ad *φυὰν* pertineat. Heathii *λαιμοτόμον* propter hiatum ferri nequit. De terminatione feminina vid. Lobeck. ad Aiac. v. 175. p. 243. Ad *ὑπὲρ ἄλὸς* intellige *ἀερθέντα*, vel simile quid, et conf. ad Troad. v. 1331.

V. 459. *ἴσχειν.* Pendet infinitivus ab *ἔκλυον* v. 450. Ceterum erunt fortasse, qui hos tres versus in duos contrahere malint hoc modo:

ἄλὸς ποτανοῖσι πεδίλοισι φυὰν
Γοργόνος ἴσχειν Διὸς ἀγγέλῳ σὺν Ἑρμᾷ,

similiterque in antistropha. Verum, Hermanno iudice, catalexis ista usitatior est in Ionicis numeris.

V. 461. *ἀγροτῆρι.* Heathius: „Ideo, ut puto, *agrestis* dictus Mercurius, quia in Arcadia natus et educatus, et eius regionis praecipue patronus. *Κυλλήνης μεδέοντα καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου.* Hom. Hymn. ad Mercur. v. 2.“ Commemorat Pausanias IX. 34. 3. aram Mercurii *Ἐπιμηλίου*. Conferre operae pretium est Epigramm. adesp.

Digitized by Google

ἀντιστροφὴ β.

ἐν δὲ μέσῳ κατέλαμπε σάκει φαέθων
κύκλος ἀελίοιο,
ἵπποις ἂν πτεροέσσαις·
ἄστρων τ' αἰθέριος χορὸς,
Πλειάδες, Ὑάδες, Ἕκτορος
ὄμμασι τροπαῖοι.
ἐπὶ δὲ χρυσοτύπῳ κράνει

CCXXXVI. Brunck. Anal. III. p. 198. ubi pene contrarium de Mercurio praedicatur:

οὐ γὰρ ὀρειοχαρὴς ὥρμᾶς, οὐδ' ἀκρολοφίτας.

V. 464. *ἄν*, i. e. *ἀνά*. Sic Aeschyl. Suppl. 362. *ἀμπέτραις ἠλιβάτοισιν*, ad quod exemplum nostro loco scribendum foret *ἀμπτεροέσσαις*. De vi autem huius praepositionis cum dativo iunctae conf. Matthiae Graec. Gramm. §. 579. 1.

V. 466. *Ὑάδες*. Euripides huius vocis primam produxit hoc loco et Ion. 1156.

Μηνὸς διχήρης Ὑάδες τε ναυτίλοις.

Ad quem locum Barnesius haec admonet: „Notandum est vero, primam huius vocis syllabam communem esse: nam quum Homero et Hesiodo semper sit brevis, hoc saltem in loco longa esse deprehenditur, et Theognis (v. 26.) sane primam *τοῦ ὕω* similiter producit:

οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
οὔθ' ὗων πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων."

V. 467. *τροπαῖοι*. Ita emendavit Barnesius. Victorius *τροπαίοις*, quam lectionem defendere studet Reiskius.

V. 468. *χρυσοτύπῳ*. Malui sic scribere, quam servata lectione *χρυσεοτύπῳ* vocales *εο* in unam brevem contrahere, ut fieri videtur in *νέος* Soph. Oed. Col. 702.

τὸ μέν τις οὔτε νέος οὔτε γήρᾳ.

antistr. 715.

πρώταισι ταῖσδε πτίσας ἀγυιαῖς.

Digitized by Google

Σφίγγες, ὄνυξιν ἀοίδιμον
ἄγραν φέρουσαι. περιπλεύρῳ
δὲ κύτει πύρπνοος ἔσπευ-
δε δρόμῳ λέαινα, χαλαῖς
Πειρηναῖον θορῶσα πῶλον.

ἐπῳδός.

ἐν δὲ δόρει φονίῳ τετραβάμονες ἵπποι
ἔπαλλον,
κελαινὰ δ' ἀμφὶ νῶθ' ἵετο κόνις.
τοιῶνδ' ἄνακτα

Sed in hoc tamen versu illud *νέος* etiam longam syllabam valere potest. Hephaestion p. 9. commemorat Praxillae hexametrum:

ἀλλὰ τεὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον,

quem versum, monente Hermanno, etiam citat Eustath. ad Il. ω. p. 1372. 8. p. 12. 28. p. 805. 21. Cf. etiam ad Troad. v. 867.

V. 469. *ἀοίδιμον*. Musgravius: „Interpretandum fortasse *praedam cantu comparatam:* quemadmodum ipsa Sphinx *ἀοιδὸς* dicitur Soph. Oed. Tyr. v. 36. Vel legendum *ἀοίδιμοι*, *celebres.*" Quidni simpliciter cum Barnesio *celebrem praedam*, i. e. de qua poetae canunt?

V. 470. „*περιπλεύρῳ κύτει* designatur lorica." Heath.

V. 472. *λέαινα*. Recte interpretantur de Chimaera, de qua Homerus Il. ζ'. v. 181.; recte etiam paulo post *Πειρηναῖον πῶλον* de Pegaso.

V. 473. *θορῶσα*. Pro corrupta hac voce reponi vult Canterus *ἀροῦσα*, Heathius *θοροῦσα*. Multo melius Miltonus *θηρῶσα*, quae lectio metro neutiquam obest. Neque tamen ab omni parte mihi satisfacit. Bothius proponit *ὁρῶσα*.

V. 474. *δόρει*. Vulgo *δορί*. Vid. Herm. ad Soph. Aiac. ed. Erfurdt. maj. v. 1109. p. 628. — Ad vocem *ἔπαλλον* cf. paulo ante v. 433.

Digitized by Google

δοριπόνων ἔκανες ἀνδρῶν, Τυνδαρὶ, σὰ λέχεα, κακόφρων κούρα. τοιγάρ σέ ποτ'

V. 477. ἔκανες. Vulgo ἔκανεν. Illud dedi, quod in proximis allocutio est, et quod similiter in fine carminis fit infra v. 740. ὧν οὐ μναοθεῖσα πόδιν κτείνεις. — Paulo post pro Τυνδαρὶς ἀλέχεα scripsi Τυνδαρὶ, σὰ λέχεα, i. e. tuum maritum. Aeschyl. Agam. 1115. τὸν ὁμοδέμνιον πόσιν λουτροῖσι φαιδρύνασα. Nostrae fabulae infra v. 1151. ἃ πόσιν κατέκαν' αὐτόχειρ. Pluralem autem λέχεα de persona posuit Noster etiam Hel. 790. 980. et λέκτρα Androm. v. 929. Hinc malui scribere σὰ λέχεα quam cum Schaefero meo ἀλεχέα, i. e. κακολεχέα, de qua emendatione vid. de Verss. Dochm. p. 24. not. coll. Schol. ad Soph. Electr. v. 429. Etiam Portus voluerat ἀλεχέα, sed male explicat. De numeris huius epodi disputavi de Verss. Dochm. l. c. Neque tamen hanc numerorum dispositionem pro unice vera haberi volo. Illud enim incommodi epodi habent, ut saepe de numerorum dispositione ambigas. Ita exempli causa nostro loco non male aliquis sic possit numeros concinnare:

κελαινὰ δ' ἀμφὶ νῶτα κόνις ἵετο,
τοιῶνδ' ἄνακτα δοριπόνων ἔκανες
ἀνδρῶν, Τυνδαρὶ, σὰ λέχεα,
κακόφρων κούρα.
τοιγάρ σέ ποτ' οὐρανίδαι
πέμψουσιν θανάτοισιν·
κἂν ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν.

Hermanno placet sic:

τοιῶνδ' ἄνακτα δοριπόνων
ἔκανες, ἔκανες, ἀνδρῶν, Τυνδαρὶ, σὰ λέχεα κακόφρων κούρα.

et postrema, ut modo proposuimus. Unum adiicio, si quis retineri malit ἔκανεν, is pro ἀλέχεα poterit legere ἃ λέχεα, suum maritum, ut Soph. Trach. 525. τὸν ὃν προσμένουσ' ἀκοίταν.

Digitized by Google

οὐρανίδαι πέμψουσι θανάτοισι· κἄν
480 ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν 485
ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.

ΠΡΕΣΒΥΤΣ.

ποῦ, ποῦ νεᾶνις πότνι' ἐμὴ, δέσποινά τε,
Ἀγαμέμνονος παῖς, ἣν ποτ' ἐξέθρεψ' ἐγώ;
ὡς πρόσβασιν τῶνδ' ὀρθίαν οἴκων ἔχει,

V. 479. *θανάτοισι.* Pluralem *θάνατοι* saepius Noster usurpat, ubi de violenta, sive, quod fere eodem redit, de praematura morte, sermo est. Eodem modo Aeschylus et Sophocles, ut Aeschyl. Choeph. 51. Soph. Electr. 206.

Ibid. *κἄν — ὄψομαι.* Musgravius: „Connectitur enim *ἄν* cum futuro indicativi. Vid. ad Androm. v. 466. Vel, si hoc displicet, legi potest *καὶ* pro *ἄν* (immo *κἄν*)." Cf. Matthiae Grammat. Graec. §. 598. d.

V. 480. *ἔτ' ἔτι.* Antiquae editiones cum Victorio *ἔτι ἔτι;* recentiores alterum *ἔτι* omittunt.

V. 481. *ὄψομαι αἷμα.* Victorius *ὄψομ' αἷμα.* Scaliger proponit *ὄψοιμ'*, Barnesius *ὄψωμ'*, quod utrumque soloecum est. Heathii *ὀψοίμεθ'* metrum non restituit. *Ὄψομαι* etiam Erfurdtius emendat ad Soph. Aiac. v. 190. p. 515.

V. 483. *ἣν ποτ'.* Piersonus Verjs. p. 242. emendandum esse monet *ὅν ποτ'*, quod non Electram senex, sed Agamemnonem educasset, comparans v. 401. et 552. Sed non video, quare non idem ille senex, qui infra v. 549. *παλαιὸν λείψανον φίλων* vocatur, Electram quoque et Orestem educare potuerit.

V. 484. Scaliger legi vult *πρόσβασις* et *ὀρθίως.* Sed recte Barnesius ad *ἔχει* intelligit *Electra.* Nec video, quid lucremur cum Musgravio legentes *τήνδ'* pro *τῶνδ'*.

Digitized by Google

485 ῥυσῷ γέροντι τῷδε προσβῆναι ποδί. 490
ὅμως δὲ πρός γε τοὺς φίλους ἐξελκτέον
διπλῆν ἄκανθαν καὶ παλιρρόπον γόνυ.
ὦ θύγατερ, ἄρτι γάρ σε πρὸς δόμοις ὁρῶ.

V. 485. *ῥυσῷ*. Ita edd. Victor., quas secuti sunt Musgravius et Schaeferus, nec aliter citat Porsonus ad Orest. 861. Barnesius *ῥυσσῷ*. In Nostri Suppl. 50. Heathius et Marklandus praeferunt *ῥυσσά*, quod edidit Hermannus. Sed etiam hic libri consensu legunt *ῥυσά*. Etymol. M. derivat a futuro *ἐρύσω* p. 706. 47. Item in Aristoph. Plut. 266. Brunckius cum Scholiasta retinuit *ῥυσὸν* et Wolfius in Hom. Il. IX. 503. *ῥυσαί*. In Nostri Troad. tamen v. 495. Barnes. legitur *ῥυσσοῖσι*, quamquam Hesychius, qui tamen inter *ῥυσὸς* et *ῥυσσὸς* fluctuat, habeat *ῥυσσοῖσι*, et in Theopompi Comici fragmento apud Athenaeum VI. p. 264. a. *ῥυσσά*.

Ibid. *τῷδε* pertinet ad *γέροντι*, et valet *ἐμοί*.

Ibid. *προσβῆναι*. Pendet infinitivus ab *ὀρθίαν* v. praecedente, in quo latet *οὐ ῥᾳδία*, sive potius a tota sententia praegressa. Vid. Matthiae Gramm. Graec. §. 534. a.

V. 486. *ἐξελκτέον*. Iure Musgravius ridet Heathium, qui Hartungi et Barnesii emendationi *ἐξελκτέον* Victorii lectionem *ἐξελικτέον* praeponit. Comparat Musgravius Phoeniss. 311. et Ion. 738. Etiam Porsonus ad Orest. v. 861. citat *ἐξελκτέον*. Sed male Barnesius explicat *latera sunt exhauriendq.* Hartungus: *extrahenda spina.* Malim *trahenda.* — Musgr. Mss. habent *ἐξελεκτέον*, Ed. Princ. *ἐξελειπτέον*.

V. 487. *διπλῆν ἄκανθαν*. Recte explicant *curvam* (senio) *dorsi spinam.* Musgravius confert Virgil. Aeneid. XII. 927. *duplicato poplite Turnus*, et Plutarch. Camill. p. 274. *κάμπτεσθαι ταχὺ καὶ διπλοῦσθαι τὰς μαχαίρας.* Addo Virgil. Aeneid. XI. 645. *duplicatque virum* (hasta) *transfixa dolore.* Valer. Maxim. 5, 1. extern. 1. *duplicatum frigore corpus.*

Digitized by Google

ἥκω φέρων σοι τῶν ἐμῶν βοσκημάτων
ποίμνης νεογνὸν θρέμμ' ὑποσπάσας τόδε,
στεφάνους τε, τευχέων τ' ἐξειλὼν τυρεύ-
ματα,
παλαιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε,
ὀσμῇ κατῆρες, μικρὸν, ἀλλ' ἐπεισβαλεῖν
ἡδὺ σκύφον τοῦδ' ἀσθενεστέρῳ ποτῷ.

V. 491. *στεφάνους*. Heathius: „Serta, coronas, quibus in more apud veteres erat, quando hospites excipiebant, ut hi convivantes capita redimirent. Ita Hercules hospitio ab Admeto acceptus Alcest. 759.

στέφει δὲ πρᾶτα μυρσίνης πλάδοις."

V. 492. *παλαιόν*. Reliqui hanc lectionem, quamvis ita poetam scripsisse persuadere mihi non possim. Nam quod quidam putant, anapaestum efficere hanc vocem, id ut in senario ferri possit, magnopere vereor. Exempla a Musgravio comparata aut corrupta sunt, aut aliena. Neque pertinent huc correptiones diphthongi in *οἷος*, *τοιοῦτος*, *ποιεῖν* cet. Scaliger coniecit *πολιόν*, probante Piersono ad Moerin p. 353. qui tamen male praefert *πολιοῦ τε*. Assentitur etiam Musgravius, excitans Nicandr. Theriac. v. 582. *μέθυος πολιοῦ*. Vera fortasse Scaligeri coniectura est. Sed potuit etiam aliud vocabulum eiusdem significationis, v. c. *γέρον*, olim adfuisse, in cuius locum glossa *παλαιόν* successerit. Thierschius coniicit *γραῖον*.

V. 493. *ὀσμῇ κατῆρες*. Recte videtur explicare Marklandus ad Suppl. 110. *odore instructum*. Hesychii glossam *κατῆρες, κατηρτισμένοι ἐν ἐρήμῳ*, bene Schaeferus emendat *κατηρτισμένον ἐρετμῷ*, nisi verius fortasse est *κατηρτισμένον, εὐήρετμον*. Ceterum de vino *ἀνθοσμίᾳ* vid. Athen. Deipn. p. 32. a. ibique Schweigh. In Brub. legitur *κρατῆρες*.

V. 494. *τοῦδ'*. Ita Heathius et Schaeferus (cf. Cycl. 255.) praeeunte Reiskio, qui explicat: *dulce*

Digitized by Google

ἴτω φέρων τὶς τοῖς ξένοις τάδ' εἰς δόμους· 500
ἐγὼ δὲ τρύχει τῷδ' ἐμῶν πέπλων, κόρας
δακρύοισι τέγξας, ἐξομόρξασθαι θέλω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τί δ', ὦ γεραιέ, διάβροχον τόδ' ὄμμ' ἔχεις;
μῶν τἀμὰ δια χρόνου σ' ἀνέμνησαν κακά;
ἢ τὰς Ὀρέστου τλήμονας φυγὰς στένεις, 505
καὶ πατέρα τὸν ἐμὸν, ὃν ποτ' ἐν χεροῖν ἔχων
ἀνόνητ' ἔθρεψας σοί τε καὶ τοῖς σοῖς φίλοις;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἀνόνητ'· ὅμως γοῦν τοῦτό γ' οὐκ ἠνεσχόμην·
ἦλθον γὰρ αὐτοῦ πρὸς τάφον, πάρεργ' ὁδοῦ,
καὶ προσπεσὼν ἔκλαυσ', ἐρημίας τυχών, 510
σπονδάς τε, λύσας ἀσκὸν, ὃν φέρω ξένοις,
ἔσπεισα, τύμβῳ δ' ἀμφέθηκα μυρσίνας.

---

est huius vetusti vini scyphum potui debiliori admiscere. Vulgo legitur *τῷδ'*. Musgravius proponit *τόδ'*, quasi *σκύφον* neutrius generis esset. Dicitur quidem *ὁ σκύφος* et *τὸ σκύφος*, vid. Athenaeum XI. p. 498. d. sed non *τὸ σκύφον*.

V. 500. *τλήμονας*. Noli corrigere *τλήμονος*. Vid. Pors. ad Phoeniss. 389. et 1724.

V. 503. *ἀνόνητ'*. Ita Barnesius. Vulgo *ἀνόνητ'*.

Ibid. *τοῦτό γ' οὐκ ἠνεσχόμην*. i. e. *verum ab hoc mihi non potui temperare*, scil. ne sepulcrum Agamemnonis adirem et honorarem. Spectat enim ad proxime sequentia.

V. 504. *πάρεργ' ὁδοῦ*, i. e. quum huc me conferrem, in via simul illuc deflexi.

Digitized by Google

πυρᾶς δ' ἐπ' αὐτῆς οἶν μελάγχιμον πόκῳ
σφάγιον ἐσεῖδον, αἷμα τ' οὐ πάλαι χυθέν,
ξανθῆς τε χαίτης βοστρύχους κεκαρμέ- 515
νους.
κἀθαύμασ', ὦ παῖ, τίς ποτ' ἀνθρώπων ἔτλη
πρὸς τύμβον ἐλθεῖν· οὐ γὰρ Ἀργείων γέ
τις·
ἀλλ' ἦλθ' ἴσως που σὸς κασίγνητος λάθρα,
μολὼν δ', ἐθαύμασ' ἄθλιον τύμβον πατρός.
σκέψαι δὲ χαίτην, προστιθεῖσα σῇ κόμῃ, 520
εἰ χρῶμα ταύτῃ κουρίμης ἔσται τριχός·

V. 508. οἶν. Ita Schaeferus. Vulgo ὄϊν. Vid. Pors. Praef. ad Hec. p. X, ed. Lips. coll. ad Med. 634.

V. 509. αἷμά τ'. „Barnesius errore typographico αἵμά γ'." Musgr.

V. 514. ἐθαύμασ', i. e. *coluit*. Vid. Musgravium ad h. l. et supra ad v. 84. Canterus coniecerat ἐτίμησ', quod Barnesius non debebat recipere. Aeschylus de eadem re adhibuit πρεσβεύειν Choeph. 485.

V. 515. Recte monuerunt interpretes, Euripidem h. l. irridere Aeschylum Choëph. a v. 164 — 230. Nec tamen iure hoc fecit Euripides. Bene enim senserat Aeschylus, animum anxium curisque depressum etiam ex vanis rebus saepe spem captare, cf. Lectt. Brunck. II. pag. 17 not.

V. 516. χρῶμα ταύτῃ. Victorius χρώματ' αὐτῆς. Canterus χρῶμα ταὐτῆς, pro τῆς αὐτῆς, quod, ut dici possit, hoc loco tamen minus aptum est. Scaliger εἰ χρῶμα ταὐτὸ, quem secuti sunt Barnesius, Musgravius, Schaeferus. Facilius Reiskius χρῶμα ταύτῃ, *num color huic comae tuae sit abscissae comae* scil. color. Praetulissem tamen χρώματ' αὐτῇ, nisi pluralis χρώματα pro singulari χρῶμα visus esset insolentior.

Digitized by Google

φιλεῖ γὰρ, αἷμα ταὐτὸν οἷς ἂν ᾖ πατρὸς,
τὰ πόλλ' ὅμοια σώματος πεφυκέναι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκ ἄξι' ἀνδρὸς, ὦ γέρον, σοφοῦ λέγεις,
520 εἰ κρυπτὸν εἰς γῆν τήνδ' ἂν Αἰγίσθου 525
φόβῳ
δοκεῖς ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν εὐθαρσῆ μολεῖν.
ἔπειτα χαίτης πῶς συνοίσεται πλόκος;
ὁ μὲν παλαίστραις ἀνδρὸς εὐγενοῦς τραφεὶς,
ὁ δὲ κτενισμοῖς θῆλυς· ἀλλ' ἀμήχανον.
525 πολλοῖς δ' ἂν εὕροις βοστρύχους ὁμοπτέ- 530
ρους
καὶ μὴ γεγῶσιν αἵματος ταὐτοῦ, γέρον.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

σὺ δ' εἰς ἴχνος βᾶσ', ἀρβύλης σκέψαι βάσιν,
εἰ σύμμετρος σῷ ποδὶ γενήσεται, τέκνον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πῶς δ' ἂν γένοιτ' ἂν ἐν κραταίλεῳ πέδῳ

Ibid. ἔσται. Schaeferus ἐστὶ, quod maluerat Musgravius, sed cf. v. 528.

V. 520. Sensus est: si putas, fratrem meum, qui forti animo est, Aegisthi metu clam in hanc terram rediturum esse.

V. 523. εὐγενοῦς. Ed. Schaefer. εὐγενὴς vitio typographico. Construe: ὁ μὲν ἀνδρὸς εὐγενοῦς, τραφεὶς παλαίστραις. Interpres latinus: *ille quidem, utpote viri nobilis, in palaestris nutritus.* Vocem κτενισμὸς desidero in Lexicis.

V. 525. ὁμοπτέρους. Beckius monet, respicere huc Pollucem Onom. 6, 156. ὁμοπτέρους δὲ τοὺς ὁμοτρίχους εἰπόντος Εὐριπίδου. Cf. Hesych. v. ὁμόπτεραι.

V. 529. πῶς δ' ἄν. Reiskius coniicit πῶς δ' αὖ. Sed cf. v. 538.

Ibid. κραταίλεῳ. Musgravius citat Hesych. κραταίλεον ἔδαφος, ἐκ σκληροῦ γεγονός.

γαίας ποδῶν ἔκμακτρον; εἰ δ' ἔστιν τόδε, 530
θυεῖν ἀδελφοῖν ποὺς ἂν οὐ γένοιτ' ἴσος,
ἀνδρός τε καὶ γυναικὸς, ἀλλ' ἄρσην κρατεῖ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

οὐκ ἔστιν, εἰ καὶ γῆν κασίγνητος μολὼν,
κερκίδος ὅτῳ γνοίης ἂν ἐξύφασμα σῆς, 535
ἐν ᾧ ποτ' αὐτὸν ἐξέπλεψα μὴ θανεῖν; 540

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκ οἶσθ', Ὀρέστης ἡνίκ' ἐκπίπτει χθονὸς,
νέαν μ' ἔτ' οὖσαν; εἰ δὲ κἄκρεκον πέπλους,
πῶς ἄν, τότ' ὢν παῖς, νῦν ἔχοι ταῦτ' ἂν
φάρη,

V. 530. *ἔκμακτρον*. Ita Victor. Princ. per compendium. Brubachius et Hervag. *ἔκματρον*, quod Stiblinus accepit pro *ἔκμετρον*. Sed iam Canterus restituit *ἔκμακτρον*. Cf. Abresch. in Miscell. Observ. VI. p. 272.

V. 531. *θυεῖν ἀδελφοῖν*. Male Musgravius: „Orestis et Electrae." In universum dicit *fratris et sororis*. Nos: zweyer Geschwister.

Ibid. *ποὺς*. Ita Victor. Princ. Nonnulli *ποῦς*.

V. 533. *μολὼν*. Ita Victorius, quam lectionem mutare non sum ausus, quamvis exemplum non habeam, ubi simili modo *εἰ* cum participio ponatur, omisso *ἐστί*. Sed nihil in tali constructione absoni video. Cf. infra ad v. 858. [Plat. Phaedr. p. 260. d. *ἐγὼ γὰρ οὐδένα ἀγνοοῦντα τἀληθὲς ἀναγκάζω μανθάνειν λέγειν, ἀλλ' εἴτις ἐμῇ ξυμβουλῇ κτησάμενος ἐκεῖνο, οὕτως ἐμὲ λαμβάνειν.* Schaef.] Musgravius coniicit *μόλοι*, quod edidit Schaeferus. Canterus emendabat *εἰ παρῆν* pro *εἰ καὶ γῆν*, Scaliger *εἰ καὶ νῦν — μόλῃ*. *Μόλῃ* etiam probat Heathius, quod ab usitato loquendi more recedit. De potestate particularum *εἰ καὶ* disputat Herm. ad Vig. p. 702.

V. 538. *νῦν ἔχοι ταῦτ' ἂν φάρη*. Victorius

εἰ μὴ ξυναύξοιν' οἱ πέπλοι τῷ σώματι;
ἀλλ' ἤ τις αὐτοῦ τάφον ἐποικτείρας ξένος
ἐκείρατ', ἢ τῆσδε, σκότος λαβών, χθονός.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

οἱ δὲ ξένοι ποῦ; βούλομαι γὰρ εἰσιδὼν
αὐτοὺς ἔρεσθαι σοῦ κασιγνήτου πέρι.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οἴδ' ἐκ δόμων βαίνουσι λαιψηρῷ ποδί.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἀλλ' εὐγενεῖς μέν· ἐν δὲ κιβδήλῳ τόδε·

νῦν ταῦτ' ἂν ἔχῃ φάρη. Voces transposuit Barnesius. Ἔχοι Musgravius ex Ms. β. et α. in quo alteri lectioni superscriptum est. Pravum tamen verborum ordinem etiam Musgravii Mss. referunt. Pro ταῦτ' Portus legi vult ταὖτ'. Non opus.

V. 539. ξυναύξοιν'. Ms. γ. ξυναύξουν'.

V. 541. ἢ τῆσδε, σκότος λαβών, χθονός. Ad τῆσδε χθονός intellige τις ex vers. praec. Impressi omnes σκοποὺς λαβών, quae lectio defendi quidem potest, sed nostra et exquisitior est, et constructionem minus facit impeditam. Concinnavi illam ex discrepantia Musgravii librorum. Ms. enim β. habet σκότους λαβών, et in λαβών consentiunt etiam Mss. α. et γ. Emendationem nostram tuebitur Iphig. Taur. 1025.

ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν;

cf. supra v. 510. ἐρημίας τυχών et Orest. v. 57. φυλάξας νύκτα. In Orestis tamen v. 468. τίνα σκότον λάβω προσώπῳ miror etiam nuperrimos editores non correxisse βάλω προσώπῳ. Scholiastes ποῖον νέφος προβάλωμαι. Phoeniss. 1530. σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών. 1462. ἤδη με περιβάλλει σκότος. Hercul. Fur. 1159. πέπλοισι κρατὶ περιβάλω σκότος. — In nostro loco Piersoni emendationem Veris. p. 240. ἢ 'π τῆσδε — χθονός, iure ut parum necessariam reiicit Musgravius.

Digitized by Google

πολλοὶ γὰρ, ὄντες εὐγενεῖς, εἰσὶν κακοί.
ὅμως δὲ χαίρειν τοὺς ξένους προσεννέπω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

χαῖρ', ὦ γεραιέ. τοῦ ποτ', Ἠλέκτρα, τόδε
παλαιὸν ἀνδρὸς λείψανον φίλων κυρεῖ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὗτος τὸν ἀμὸν πατέρ' ἔθρεψεν, ὦ ξένε. 555

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί φής; ὅδ' ὃς σὸν ἐξέκλεψε σύγγονον;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὅδ' ἔσθ' ὁ σώσας κεῖνον, εἴπερ ἔστ' ἔτι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἔα·
τί μ' εἰσδέδορκεν, ὥσπερ ἀργύρου σκόπῶν
λαμπρὸν χαρακτῆρ'; ἢ προσεικάζει μέ τῳ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἴσως Ὀρέστου σ' ἥλιξ ἥδεται βλέπων. 560

V. 548. τοῦ ποτ' — κυρεῖ; Heathius: „Verte *ad quem amicorum tuorum, Electra, pertinent veteres hae hominis reliquiae;* id est, quisnam est hic e tuis antiquis amicis.“ Locum facilius intelliges, si φίλων explices per φίλου.

V. 550. ἀμόν. Ita editt. vett. Schaefer. ἁμόν.

V. 551. ἐξέκλεψε. Ita dedi ex Piersoni coniectura Veris. p. 241. conferentis v. 16. 286. 416. 535. Soph. Electr. 11 — 14. Aeschyl. Choeph. 747. Vulgo ἐξέθρεψε, quam lectionem non tam propter locos istos damnandam puto, quam propter Electrae responsum, et quod senex ille Orestem potuit quidem τρέφειν, sed non ἐκτρέφειν. — In versus initio cum Ed. Victorii Princ. scripsi φής. Vulgo φῄς.

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φίλου γε φωτός. τί δὲ κυκλεῖ πέριξ πόδα;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

καὐτὴ τόδ' εἰσορῶσα θαυμάζω, ξένε.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ὦ πότνι', εὔχου, θύγατερ Ἠλέκτρα, θεοῖς.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

τί τῶν ἀπόντων, ἤ τι τῶν ὄντων πέρι;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

λαβεῖν φίλον θησαυρὸν, ὃν φαίνει θεός. 565

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἰδού· καλῶ θεούς· ἢ τί δὴ λέγεις, γέρον;

V. 559. τί τῶν ἀπ. Vulgo bis τί interrogativum. Sed vid. Herm. de emend. Gramm. p. 95. Musgravius ita scripsit et interpunxit; τί; τῶν ἀπόντων, ἤ τι τῶν ὄντων πέρι; Ceterum cf. Sophoclis Electra v. 305. τὰς οὔσας τ' ἐμοῦ καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορεν.

V. 560. λαβεῖν. Offendit haec vox Musgravium, qui nihil causae esse ait, cur Electra accipere oraret, quem iam acceperat, thesaurum. Coniicit igitur λαύειν et, hoc iure postea repudiato, aliquanto melius κρατεῖν, conferens Aristoph. Av. 1759. (1752. Brunck.) Sed vera vulgata. Senex, quod satis demonstrat verbum φαίνει, initio incertus animi est, utrum verum Orestem videat, an vana eius imagine ludatur. Iubet igitur Electram preces mittere ad deos, ut vere sibi dent eum, cuius imaginem ipsi conspiciant. Ac, si vel displiceat haec explicatio, recte tamen se habet λαβεῖν. Nondum enim acceperat, quippe quae fratrem nondum agnovisset.

Digitized by Google

ΠΡΕΣΒΥΣ.

βλέψον νυν εἰς τόνδ', ὦ τέκνον, τὸν φίλτατον.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πάλαι δέδοικα, μὴ σύ γ' οὐκ ἔτ' εὖ φρονῇς.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

οὐκ εὖ φρονῶ γὼ, σὸν κασίγνητον βλέπων;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πῶς εἶπας, ὦ γεραί, ἀνέλπιστον λόγον;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ὁρᾷν Ὀρέστην τόνδε τὸν Ἀγαμέμνονος.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ποῖον χαρακτῆρ' εἰσιδὼν, ᾧ πείσομαι;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

οὐλὴν παρ' ὀφρύν, ἣν ποτ', ἐν πατρὸς δόμοις
νεβρὸν διώκων σοῦ μέθ', ἡμάχθη πεσών.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πῶς φῄς; ὁρῶ μὲν πτώματος τεκμήριον.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἔπειτα μέλλεις προσπιτνεῖν τοῖς φιλτάτοις;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἀλλ' οὐκ ἔτ', ὦ γεραιέ· συμβόλοισι γὰρ

V. 565. γεραί. Vett. Edd. plene γεραιέ.

V. 566. ὁρᾷν. Ita Ms. β. ut iam Brubach. et Hervag. qui infinitivus pendet a suppresso εἶπον. Vulgo ὁρῶν, quod etiam defendi potest.

V. 568. Comparat Aemil. Portus Hom. Odyss. τ, 391.

Digitized by Google

τοῖς σοῖς πέπεισμαι θυμόν. ὦ χρόνῳ φανείς,
ἔχω σ' ἀέλπτως.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

κἀξ ἐμοῦ γ' ἔχει χρόνῳ.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

575 οὐδέποτε δόξασ'.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

οὐδ' ἐγὼ γὰρ ἤλπισα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐκεῖνος εἶ σύ;

ΟΡΕΣΤΗΣ.

σύμμαχός γέ σοι μόνος,
ἢν ἐκσπάσωμαί γ', ὃν μετέρχομαι, βόλον.
πέποιθα δ', ἢ χρὴ μηκέθ' ἡγεῖσθαι θεούς,
εἰ τἄδικ' ἔσται τῆς δίκης ὑπέρτερα.

V. 574. Vulgo ἔχῃ.

V. 575. οὐδέποτε δόξασ'. Ita Schaeferus ex Musgravii coniectura. Libri οὐδέποτ' ἐδόξασ'. Vulgatam fortasse praeferat aliquis ob proximum ἤλπισα in Orestis responsione.

V. 576. ἐκεῖνος εἶ σύ; Soph. Electr. 1222. ἦ γὰρ σὺ κεῖνος; In universum moneo, hanc utramque fabulam in singulis locis haud parum inter se similitudinis habere.

V. 577. ἢν ἐκσπάσωμαί γ'. Legebatur ἢν δ' ἐκσπ. Sed vere Musgravius particulam δ' delendam esse monet.

V. 578. Hic versus cum seq. vulgo tribuitur Electrae. Sed Musgravius: „Lubenter hic Electrae personam deleverim. Ipsi enim gaudio iam et admiratione aestuanti minus convenit ῥῆσις." Etiam mihi haec unice Oresti videntur convenire. Nam si Oresti tribuuntur, fortem eius animum apte de-

Digitized by Google

ΧΟΡΟΣ.

580 ἔμολες, ἔμολες, ὦ χρόνιος ἀμέρα· 585
κατέλαμψας· ἔδειξας ἐμφανῆ
πόλει πυρσὸν, ὃς παλαιᾷ φυγᾷ
πατρῴων ἀπὸ δωμάτων
τάλας ἀλαίνων ἔβα.

---

pingunt: si a praegressa oratione separantur, timidus magis et a spe alienus apparet.

Ibid. ἡγεῖσθαι θεούς. Vid. Porson. ad Hec. 794.

V. 580. Quod sequitur carmen, vulgo inscribitur σύστημα auctore Cantero. In antiquis editionibus inscriptio eius nulla est. Numeros habet maiorem partem dochmiacos. Utuntur enim Tragici interdum versu dochmiaco etiam in re laeta, ubi insperato quodam gaudio animus subito concitatur. Ita Aeschylus Choeph. 932 seqq. Sophocles Electr. 1232. seqq. Trach. 205. Nostri Iphig. Taur. 827. seqq.

V. 581. κατέλαμψας. Eadem neutrali significatione hoc verbum supra habuimus v. 462.

V. 582. πυρσὸν h. l. dixit Noster, quod alibi dicit φῶς.

Ibid. ὃς i. e. Orestes, qui latet in voce πυρσόν. Liberius etiam Sophocles Oed. Col. 729. εἰληφότας φόβον νεωρῆ τῆς ἐμῆς ἐπεισόδου, ὃν μηδ' ὀκνεῖτε, ubi ὃν pertinet ad ἐγώ, quod latet in τῆς ἐμῆς.

V. 583. πατρῴων. Hic versus pariter atque sequens ex iambo constat et dochmio.

V. 584. ἔβα. Σὲ. Vulgo una voce ἔβασε. Separandas esse vidit Reiskius, qui tamen male explicat. Refert enim et σὲ et proximum ὦ φίλα ad praegressum ἀμέρα. Equidem σὲ intelligo de Oreste, et puncto posito post νίκαν a vocibus ὦ φίλα orationem ad Electram dirigi arbitror. Illud σὲ de Oreste accipiendum esse suadet etiam vox αὖ.

Digitized by Google

585 σὲ θεὸς αὖ θεὸς
ἄμετέραν τις ἄγει νίκαν. ὦ φίλα,
ἄνεχε χέρας, ἄνεχε λόγον, ἴει λιτὰς
εἰς θεούς,
τύχᾳ σοι τύχα
590 κασίγνητον ἐμβατεῦσαι πόλιν.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἶεν· φίλας μὲν ἡδονὰς ἀσπασμάτων
ἔχω, χρόνῳ δὲ καὖθις αὐτὰ δώσομεν.
σὺ δ', ὦ γεραιὲ, καίριος γὰρ ἦλυθες,
λέξον, τί δρῶν ἂν φονέα τισαίμην πατρὸς,

Nam αὖ ἄγει est reducit. — Cf. Soph. Electr. 1267. εἴ σε θεὸς ἐπῶρσεν ἀμέτερα πρὸς μέλαθρα cet. Ceterum pro ἔβασε Musgravii libri omnes ἔβασα, ex quo nihil elicio.

V. 586. ἀμετέραν τις ἄγει. Eosdem numeros dochmiis inseruit Aeschylus Suppl. 350. ἰδέ με τὰν ἐπέτιν. Nisi tamen deleto τις dochmios continuari malis.

V. 588. Vulgo post θεοὺς plene interpungitur, legiturque τύχα σοι τύχα nominativo. Secuti sumus emendationem Tyrwhitti, ut ante nos Schaeferus. Τύχη de prospera fortuna non rarum est apud Tragicos, maxime in formula illa σὺν τύχῃ τινί.

V. 590. ἐμβατεῦσαι πόλιν. Infra v. 1248. ἐμβατεύειν πόλιν.

V. 591 seqq. Cf. Soph. Electr. a v. 1288.

V. 593. ἦλυθες. Hac forma Noster in iambico trimetro utitur etiam Troad. 374. et auctor Rhesi v. 661.

V. 594. φονέα. De correpta vocis ultima vid. Porson. ad Hec. 876. Addo Soph. Oed. Col. 1055.

Θησέα καὶ τὰς διστόλους.

cui respondet v. 1070.

ἄμβασις οἳ τὰν ἱππίαν.

Digitized by Google

595 μητέρα τε τὴν κοινωνὸν ἀνοσίων γάμων. 600
ἔστιν τί μοι κατ' Ἄργος εὐμενὲς φίλων;
ἢ πάντ' ἀνεσκευάσμεθ', ὥσπερ αἱ τύχαι;
τῷ συγγένωμαι; νύχιος, ἢ καθ' ἡμέραν;
ποίαν ὁδὸν τραπώμεθ' εἰς ἐχθροὺς ἐμούς;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

600 ὦ τέκνον, οὐδεὶς δυστυχοῦντί σοι φίλος. 605
εὕρημα γὰρ τὸ χρῆμα γίγνεται τόδε,
κοινῇ μετασχεῖν τἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ.
σὺ δ', ἐκ βάθρων γὰρ πᾶς ἀνήρησαι φίλοις,
οὐδ' ἐλλέλοιπας ἐλπίδ', ἴσθι μου κλύων·
605 ἐν χειρὶ τῇ σῇ πάντ' ἔχεις καὶ τῇ τύχῃ, 610
πατρῷον οἶκον καὶ πόλιν λαβεῖν σέθεν.

V. 595. *τὴν κοινωνὸν*. Articulum *τὴν*, qui in editionibus Victorii et Musgravii libris desideratur, inserendum vidit Canterus, aliique. Hercul. Fur. 584. *τήν τε κοινωνὸν γάμων*.

V. 597. *ἀνεσκευάσμεθ'*. *Ἀνασκευάζεσθαι* h. l. est *ἀνάστατον γίγνεσθαι*, ut explicat Suidas, a Musgravio citatus, in loco Demosthenis, voce *ἀνασκευασάμενοι*, ubi vid. Kusterus.

V. 598. Soph. Electr. v. 1294. *σήμαιν' ὅπου φανέντες, ἢ πεπρυμμένοι γελῶντας ἐχθροὺς παύσομεν τῇ νῦν ὁδῷ*.

V. 601. *εὕρημα — τοῦ κακοῦ*. Sensus est: Illud rarissimum est, ut aliquis et laetae et adversae fortunae socium habeat. Ceterum pro *τὸ* reponendum puto *τοι* ex noto illo particulae usu in sententiis universis.

V. 603. *σὺ δ', ἐκ βάθρ.* etc. Heathius: „Ista, *ἐκ βάθρων — ἐλπίδ'*, parenthesi includi debent. Ita igitur verte: Tu vero, (nam funditus periisti totus amicis nec spem ullam reliquam fecisti) haec a me audiens accipe.“

V. 606. *λαβεῖν*. De hoc infinitivi usu conf. ad v. 485.

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δῆτα δρῶντες τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

κτανὼν Θυέστου παῖδα σήν τε μητέρα.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἥκω 'πὶ τόνδε στέφανον. ἀλλὰ πῶς λάβω;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

τειχέων μὲν ἐλθὼν ἐντὸς, οὐδ' ἂν εἰ θέλοις.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

φρουραῖς κέκασται δεξιαῖς τε δορυφόρων;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἔγνως· φοβεῖται γάρ σε κοὐχ εὕδει σαφῶς.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

εἶεν· σὺ δὴ τοὐνθένδε βούλευσον, γέρον.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

κἀμοῦ γ' ἄκουσον, ὅρτι γάρ μ' ἐφῆλθέ τι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἐσθλόν τι μηνύσειας, αἰσθοίμην δ' ἐγώ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Αἴγισθον εἶδον, ἡνίχ' εἶρπον ἐνθάδε.

V. 607. τοῦδ' ἂν ἐξικοίμεθα. „Ἐξικνεῖσθαι τινὸς, adsequi aliquid; ita Xenoph. Hellenic. Lib. 7. ὅπλῳ ἐξικνεῖσθαι ἀλλήλων.“ Barnesius.

V. 610. τειχέων — θέλοις. Sensus, quem recte cepit Barnesius, est hic: τοῦτον τὸν στέφανον, τειχέων ἐντὸς ἐλθὼν, οὐδ' ἂν εἰ θέλοις λάβοις. Iacobsius Exerc. p. 197. falso prodit vulgatam ἐλθεῖν.

V. 614. κἀμοῦ γ' ἄκουσον, i. e. quod nos dicimus: ja mich eben höre.

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πρόσηκάμην τὸ ῥηθέν. ἐν ποίοις τόποις;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἀγρῶν πέλας τῶνδ', ἱπποφορβίων ἔπι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δρῶνθ'; ὁρῶ γὰρ ἐλπίδ' ἐξ ἀμηχάνων.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

νύμφαις ἐπόρσυν' ἔροτιν, ὡς ἔδοξέ μοι.

V. 617. προσηκάμην τ. ῥ. Suidas.: προσήκαντο, αἰτιατικῇ, κατεδέξαντο. Hesych. προσίεται, ἀρέσκεται, προσδέχεται, ἡδέως λαμβάνει. Citat Beckius Abresch. ad Aeschyl. I. p. 402.

V. 619. Edd. Victor. ἐλπίδας, quod tacite correxit Barnesius.

V. 620. νύμφαις ἐπόρσυν' ἔροτιν. „Ita Mss. α. γ. — M. β. ἐπόρσυν' ἔρωτιν. Margo M. α. ἑορτήν, Αἰολικῶς. Tragicos non penitus voces Aeolicas repudiasse patet ex Rhes. v. 443. Herc. Fur. v. 874. Soph. Antig. v. 640. Ἔροτιν agnoscit, nec ut Aeolicum notat, Etymologus. Vetus Oraculum apud Phlegontem Trallianum de Olympiis p. 140. Ed. Meurs.

— θῆκε δ' ἔπειτ' ἔροτιν καὶ ἐπαθλα θανόντι
Οἰνομάῳ· τρίτατος δ' ἐπὶ τοῖς παῖς Ἀμφιτρύωνος
Ἡρακλῆς ἐτέλεσσ' ἔρετιν καὶ ἀγῶν' —."

Musgravius. Interpretes ad Hesych. glossam ἑροτήν, ἑορτήν, Κύπριοι, praeter hunc Phlegontis locum citant Eustath. Od. *B.* p. 74. (1430. 34. Ed. R.) et Od. *Φ.* p. 759. (1908. 57.) Ceterum in Hesychio, Etymol. M. aliisque locis ad imitationem cognati ἑορτὴ vocem istam scribunt ut oxytonon, male, ut patet ex Eustathio. Lectio Edd. Victor. ἐπόρσυν' ἑορτήν ante Musgravium magnopere vexavit eruditos.

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τροφεῖα παίδων, ἢ πρὸ μέλλοντος τόκου;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

οὐκ οἶδα πλὴν ἔν· βουσφαγεῖν ὡπλίζετο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πόσων μετ' ἀνδρῶν; ἢ μόνος δμώων μέτα;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

οὐδεὶς παρῆν Ἀργεῖος, οἰκεία δὲ χείρ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἦπού τις, ὅστις γνωριεῖ μ' ἰδὼν, γέρον;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

δμῶες μέν εἰσιν, οἵ σ' γ' οὐκ εἶδόν ποτε.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ἡμῖν δ' ἂν εἶεν, εἰ κρατοῖμεν, εὐμενεῖς;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

δούλων γὰρ ἴδιον τοῦτο, σοὶ δὲ σύμφορον.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πῶς οὖν ἂν αὐτῷ πλησιασθείην ποτέ;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

στείχων, ὅθεν σε βουθυτῶν ἐσόψεται.

V. 626. *οἵ σέ γ' οὐκ εἶδόν π.* Edd. Victor. *οὔς ἐγ' οὐκ εἶδον ποτέ.* Emendavit Pierson. Veris. p. 244. Brubach. typothetae errore *μὴν* pro *μέν.*

V. 628. *δούλων.* Ita probabiliter correxit Musgravius. Mire in hac voce variant libri. Edd. Victor. *λέξω γὰρ ἴδιον.* Ms. *α. ἄλλων γὰρ ἴδιον.* Ms. *β. δίλων γὰρ ἴδων*, ex quo facere possis *δεελῶν γάρ.* Sed Musgravii emendatio praestat.

V. 629. *πῶς οὖν ἄν.* Ita Musgravii Mss. tres, ut coniecerat Canterus. Edd. Victor. omittunt *ἄν.*

V. 630. *ὅθεν.* Poeta in animo habuit *στείχων ἐκεῖσε, ὅθεν ὀφθήσῃ ὑπ' ἐκείνου.*

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὁδὸν παρ' αὐτὴν, ὡς ἔοικ', ἀγρους ἔχει.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ὅθεν γ' ἰδών σε δαιτὶ κοινωνὸν καλεῖ.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πικρόν γε συνθοινάτορ', ἢν θεὸς θέλῃ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

τοὐνθένδε πρὸς τὸ πίπτον αὐτὸς ἐννόει.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καλῶς ἔλεξας. ἡ τεκοῦσα δ' ἐστὶ ποῦ;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

Ἄργει· παρέσται δ' ἐν πόσει θοίνην ἔπι.

V. 631. *ὁδὸν παρ' αὐτήν.* Vulgo *ὁδὸν γὰρ αὐτήν.* Primus correxit Piersonus Veris. p. 244. coll. Alcest. 835.

V. 632. *ὅθεν γ' ἰδών.* Etiam hoc *γ'*, quod in Edd. Vict. deest, inserendum vidit Piersonus p. 245. Barnesio idem venerat in mentem, sed multo deteriorem coniecturam in textu reposuit *ὅθεν ἂν — καλῇ.* „Moris erat, ad sacrificia obvium quemque adhibere: vid. Hom. Odyss. *ν.* sub initium. Hinc Trygaeus in Aristoph. Pace v. 1115. etiam spectatores *συσπλαγχνεύειν* iubet.“ Musgrav.

V. 633. *πικρόν γε.* Hoc debetur Reiskio. Vulgo *πικρόν τε.*

V. 636. *παρέσται δ' ἐν πόσει.* Legendum puto *δ' ἔτι* pro *δ' ἐν.* Particulam *ἔτι* eadem significatione habuimus supra v. 480. *ἔτ' ἔτι φόνιον ὑπὸ δέραν ὄψομαι αἷμα χυθὲν σιδάρῳ.* Hel. 57. *εἰσήκουσα — τὸ κλεινὸν ἔτι κατοικήσειν πέδον Σπάρτης.* Schol. ad Med. 1015. *τὸ δὲ ἔτι καὶ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος κεῖται.* Nostro loco haec particula ad sensum maxime commoda est. Emendationis facilitatem docebit Bast. ad Gregor. Cor. p. 747. ubi *ν*

Digitized by Google

ΟΡΕΣΤΗΣ.

τί δ' οὐχ ἅμ' ἐξωρμᾶτ' ἐμὴ μήτηρ πόσει;

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ψόγον τρέμουσα δημοτῶν ἐλείπετο.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ξυνῆχ'· ὕποπτος οὖσα γιγνώσκει πόλει.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

τοιαῦτα· μισεῖται γὰρ ἀνόσιος γυνή.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πῶς οὖν ἐκείνην τόνδε τ' ἐν ταυτῷ κτενῶ;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἐγὼ φόνον γε μητρὸς ἐξαρτύσομαι.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ μὴν ἐκεῖνά γ' ἡ τύχη θήσει καλῶς.

---

et π, igitur etiam τι facillime confundi posse monet. Schaeferus edidit παρέσται δέ γε πόσει. Scaligeri παρέσται σὺν πόσει recte ferendum esse negat Barnesius propter detrusum δ'. Quod autem ipse Barnesius non male coniicit δ' ᾧ πόσει, iam proposuerat Canterus. Reliquas Virorum doctorum coniecturas satius est omittere.

V. 637. ἐξωρμᾶτ'. Ita Reiskius. Vulgo ἐξορμᾶτ'.

V. 640. τοιαῦτα, *ita est*. Sic etiam Hec. 776.

V. 642. ἐξαρτύσομαι. Thierschius ex notis marginalibus Victorii enotavit haec: ἐξαιτήσομαι — γρ. ἐξαρτίσομαι.

V. 643. καὶ μὴν etc. Musgravius: „Frigidus admodum, si me audis, versiculus. Legendum forte: καὶ μὴν ἐκείνη γ', ἡ τύχην θήσει καλῶς. *Enimvero illa est, quae rem ad felicem exitum perducet*, sua scil. morte. Sic πόλεμον εὖ θῶνται, Thucyd. VIII. 84.“ Nihil hic frigidi est. Electrae

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ὑπηρετείτω μὲν δυεῖν ὄντοιν ὅδε.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

645 ἔσται τάδ'· εὑρίσκεις δὲ μητρὶ πῶς φόνον; 650

ΗΛΕΚΤΡΑ.

λέγ', ὦ γεραιέ, τάδε Κλυταιμνήστρᾳ μολών·
λεχώ μ' ἀπάγγελλ' οὖσαν ἄρσενος τόκῳ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

πότερα πάλαι τεκοῦσαν, ἢ νεωστὶ δή;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

λέγ' ἡλίους, ἐν οἷσιν ἁγνεύει λεχώ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

650 καὶ δὴ τί τοῦτο μητρὶ προσβάλλει φόνον; 655

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἥξει, κλύουσα λόχι' ἐμοῦ νοσήματος.

---

promittenti, *matris caedem ego apparabo,* respondet Orestes, *atqui Aegisthi quidem caedem secundabit fortuna.* Dicit igitur, si illud alterum Electra possit, prospera futura esse omnia. Nam recte Heathius: *ἐκεῖνά γ'*, i. e. *quae ad Aegisthum attinent.*

V. 644. *ὅδε.* Ita bene Tyrwhittus, ut ipse statim coniiciebam. Vulgo *τόδε*, quod intelligi quidem de fortuna possit, sed illud multo melius convenit sequentibus.

V. 646. *λέγ', ὦ γ.* Nescio, quid in hoc versu haereat Musgravius. In Barnesiana typographico errore legitur *τάγε.*

V. 649. *λέγ' ἡλίους* etc. Vid. Barnesii notam.

V. 650. *καὶ δὴ τί τ.* Male Musgravius interpungi vult *καὶ δή· τί τοῦτο.*

V. 651. *λόχι' ἐμοῦ νοσήματος.* Schaeferus *λόχι' ἐμοῦ νοσήματα*, ex coniectura Musgravii, qui comparat Niciam Anthol. Reisk. p. 52. *ὠδίνων λοχίων*

Digitized by Google

ΠΡΕΣΒΥΣ.

πόθεν; τὶ δ' αὐτῇ σοῦ μέλειν δοκεῖς, τέκνον;

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ναί· καὶ δακρύσει γ' ἀξίωμ' ἐμῶν τόκων.

---

et Antipat. ibid. p. 74. λοχίοισιν ἐν ἄλγεσι. Vulgo: λοχεῖ ἐμοῦ νοσήματος. Placet Musgravii coniectura. Ne tamen loco moveatur vulgata, obstat Brunckii nota ad Oed. Reg. v. 853. qui plura huius figurae, quam hypallagen sive antiptosin (ut Schol. ad Soph. Electr. v. 758.) vocant, exempla e Tragicis collegit. In his Soph. Electr. 19. ἄστρων εὐφρόνη pro ἄστρα εὐφρόνης, 758. μέγιστον σῶμα δειλαίας σπυδοῦ pro μεγίστου σώματος δειλαίαν σπυδόν, Trach. 556. πόνων λατρεύματα pro λατρευμάτων πόνοι. Simile etiam est Nostr. Iph. Taur. 134. Εὐρώταν χόρτων εὐδένδρων, pro quo itidem expectasses χόρτους εὐδένδρους Εὐρώτα. Erfurdtius ad Oed. Reg. l. l. genitivos istos reddendos esse monet per adiectiva, veluti εὐφρόνη ἀστερόεσσα, λατρεύματα ἐπίπονα, qua via si perges, reliqua explicanda erunt σῶμα ἐσποδωμένον, Εὐρώτας εὐδενδρόχορτος, et nostro loco λόχια νοσώδη.

V. 652. πόθεν; τὶ δ'. Vulgo πόθεν; τί δ'. Heathius, interrogandi signo post πόθεν deleto, πόθεν τι δ' αὐτ. *unde vero ipsi tuarum rerum aliquid curae esse putas?* Sed offendit particula δὲ post πόθεν τι, neque vel sic apta est Electrae responsio. Ex interrogativo τί feci indefinitum. Vid. supra ad v. 559.

V. 653. δακρύσει γ' ἀξίωμ' ἐμῶν τόκων, i. e. δακρύσει, ὅτι τέκνα ἃ ἔτεκον οὐκ ἔχουσιν ἀξίωμα. Deflebit dignitatem liberorum meorum, quae scil. nulla est, i. e. deflebit indignam et humilem liberorum meorum conditionem.

Digitized by Google

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ἴσως· πάλιν τοι μῦθον εἰς καμπὴν ἄγε.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

655 ἐλθοῦσα μέντοι δῆλον ὡς ἀπόλλυται. 660

ΠΡΕΣΒΥΣ.

καὶ μὴν ἐπ' αὐτάς γ' εἰσιῶ δόμων πύλας.

V. 654. *πάλιν τοι — ἄγε.* Vulgo *ἄγω* pro *ἄγε.* Heathius: „Verte: Forsan; iterum tibi sermonem ad metam duco; i. e. hoc responso nondum mihi satisfecisti; iterum ergo sermo tuus ad metam quam proposui, ducendus est. *Κάμπη* scil. meta est; in certamine autem vehiculari circa metam flectebantur currus. Vid. infr. v. 956. (951.)" Musgravius cum Iortino mavult *εἰς καμπὴν ἄγε,* quod recepimus.

V. 656. *ἐπ' αὐτάς γ' εἰσιῶ.* Vulgo *εἰσίω.* Musgravius: „De Clytaemnestra agitur, cui insidiae in aedibus Electrae struebantur. Ad earum vero successum non admodum intererat, senem domum ingredi; Clytaemnestram ipsam, quam maxime. Legendum:

καὶ μὴν· ἐπ' αὐτάς γ' εἰσίτω δόμων πύλας.

Immo sane: modo ipsas aedium portas ingrediatur." Equidem nihil nisi accentum mutavi. *Εἰσιῶ* coniunctivus est verbi *εἶσίημι. Atqui* (equidem non deero, sed) *in ipsas aedium portas* (illam) *immittam,* introducam. Est rarus quidem illius verbi usus, dixit tamen Xenophon Hell. I. 3. 12. *εἰσέσθαι* pro *εἰσαγαγεῖν.* Addit Schaeferus Thom. M. p. 279. Aeschyl. Eum. 763. ubi Aldi et Turnebi lectio *ἐσήσειν* videatur exquisitior. Ceterum simili modo paulo post senex respondet v. 665. *καὶ μὴν ἐγὼ πέμποιμ' ἂν οὐκ ἀκουσίως.* Habet autem prima singularis coniunctivi eandem vim, quam habet prima pluralis, veluti Aristoph. Ran. 291. *φέρ', ἐπ' αὐτὴν ἴω.*

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

οὐκοῦν τραπέσθαι σμικρὸν εἰς ᾅδου τόδε.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

εἰ γὰρ θάνοιμι τοῦτ' ἰδὼν ἐγώ ποτε.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πρώτιστα μὲν νῦν τῷδ' ὑφήγησαι, γέρον.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

660 Αἴγισθος ἔνθα νῦν θυηπολεῖ θεοῖς. 665

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἔπειτ' ἀπαντῶν μητρὶ τἀπ' ἐμοῦ φράσον.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

ὡς ταῦτά γ' ἐκ σοῦ στόματος εἰρῆσθαι δοκεῖν.

V. 657. Nemo haec intellexit. Recte Musgravius monet, per τόδε Clytaemnestram intelligi non posse. Mea sententia ludit in verbis dicitque hoc: οὐκοῦν σμικρὸν (ἐστὶ) τραπέσθαι τόδε (δηλονότι ὃ λέγεις ΕΙΣ ΔΟΜΩΝ πύλας, ὥστε εἶναι) ΕΙΣ ΑΙΔΟΥ. Facile igitur est, parva mutatio est, si quod dicis εἰς δώμων πύλας, mutamus, ut sonet εἰς ᾅδου scil. πύλας. Similis lusus est in Soph. Antig. 567. ἀλλ' ἥδε μέντοι μὴ λέγε.

V. 660. Post θεοῖς editiones recentiores ponunt interrogandi signum, quod non necessarium est. Plena oratio esset: Intelligo, tu dicis, ubi Aegisthus iam sacra facit diis.

V. 661. ἔπειτ' ἀπαντῶν. Haec Piersoni emendatio est, Verisim. p. 246. Musgravio quoque probata. Edd. Vict. ἔπειτα πάντων, quod Aem. Portus et Barnesius mutabant in ἔπειτα πάντα.

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

σὸν ἔργον ἤδη· πρόσθεν εἴληχας πόνου.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

στείχοιμ' ἄν, εἴ τις ἡγεμὼν γίγνοιθ' ὁδοῦ.

ΠΡΕΣΒΥΣ.

καὶ μὴν ἐγὼ πέμποιμ' ἂν οὐκ ἀκουσίως. 670

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ Ζεῦ πάτρῳε καὶ τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν,
οἰκτειρέ θ' ἡμᾶς, οἰκτρὰ γὰρ πεπύνθαμεν —

V. 663. Haec ad Orestem dici, recte monuit Barnesius.

V. 664. Vulgo *γίνοιθ'*.

V. 666. *Ζεῦ πατρῷε καὶ τροπαῖ'*. Barnesius et Musgravius citant de Iove *τροπαίῳ* Nostri Heracl. 867. et 937. de *πατρῴῳ* Pausan. fol. 66. lin. 32. Coel. Rhodig. l. 13. c. 7. Schol. Aristoph. ad Nub. 1470. et Interpp. Hesychii v. *πατρῷος Ζεύς*. Addo Porsonum ad Med. 1314. p. 494.

V. 667. *οἰκτειρέ θ' ἡμᾶς*. Musgravius *οἴκτειρέ θ' ἡμᾶς*. Sed nihil mutandum. Illud *θ'* spectat ad proximum *Ἥρα τε* v. 669. et *σύ τε* v. 672. Interrumpit enim Orestae orationem Electra. Dixerit aliquis, particulam illam alieno loco positam videri, quam expectasses potius post *ὦ Ζεῦ*. Immo indicat haec particulae collocatio, poetam non vocativos, sed totas sententias nexas voluisse. Novum enim in proximis verbum infertur *δὸς νίκην*. Eadem particula in simili loco reddenda videtur Sophocli ex Brunckii Cod. T. Oed. Col. 1085. legendumque: *ὦ Ζεῦ τε παντάρχα θεῶν*, cui respondeat paulo post *σεμνά τε παῖς Παλλὰς Ἀθάνα*. In Aeschyl. Choeph. v. 487. legimus:

ΟΡΕΣΤΗΣ.

ὦ γαῖ' ἄνες μοι πατρὶ ἐποπτεῦσαι μάχην.

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

εἴκτειρε δῆτα σούς γε φύντας ἐκγόνους.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

Ἥρα τε, βωμῶν ἣ Μυκηναίων κρατεῖς,
νίκην δὸς ἡμῖν, εἰ δίκαι' αἰτούμεθα.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

δὸς δῆτα πατρὸς τοῖσδε τιμωρὸν δίκην.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

καὶ γῆ τ' ἄνασσα, χεῖρας ἥ δίδωμ' ἐμὰς,

ΗΛΕΚΤΡΑ.

Ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ τ' εὔμορφον κράτος. Illud δέ τε varie a viris doctis tentatum vide, ne defendi possit ita, ut explices καὶ σὺ δέ, ὦ Περσέφασσα, δὸς εὔμορφον κράτος. Τε copulat sententias ἄνες μοι et δὸς κράτος, δὲ autem inseritur, quod nova persona compellatur, ut Prometh. v. 981. καὶ σὲ δ' ἐν τούτοις λέγω. Hinc autem non sequitur, Epicorum δέ τε in Tragicos inferri licere. Cf. infra ad v. 1112.

V. 668. σούς γε φύντας ἐκγόνους. Facilis est Barnesii emendatio σοῦ γε φύντας ἐκγόνους. Noster Heracl. 510.

πατρὸς δ' ἐκείνου φύντας, οὗ πεφύκαμεν.

Coll. eiusd. fabulae v. 526. ἐξ ἐσθλῶν φύς. In Orest. 1329. pro ἐμούς γε συγγενεῖς πεφυκότας Codd. quidam habent ἐμοῦ γε. Sed exquisitam loquendi formulam tollere nolui. Consimilia suppeditat Schaeferi nota ad Apollonii Rh. Schol. p. 168. seq. — De personarum ratione vehementer errat Reiskius.

V. 672. καὶ γῆ τ' ἄνασσα cet. Vulgo hoc ordine: σὺ τ' ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν πάτερ, καὶ γῆ τ' ἄνασσα, χεῖρας ἥ δίδωμ' ἐμάς. „Emendat Tyrwhittus δίκη δ' ἄνασσα, cum quo non male convenirent sequentia χεῖρας ἥ δίδωμ' ἐμάς. Praestat tamen hoc ex consuetudine quadam veterum

Digitized by Google

σύ τ', ὦ κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν πάτερ,
ἄμυν', ἄμυνε τοῖσδε φιλτάτοις τέκνοις.
675 νῦν πάντα νεκρὸν ἐλθέ σύμμαχον λαβών, 680
οἵπερ γε σὺν σοὶ Φρύγας ἀνάλωσαν δορί,
χώσοι στυγοῦσιν ἀνοσίους μιάστορας.
ἤκουσας, ὦ δεινᾶ ἐξ ἐμῆς μητρὸς παθών;

---

interpretari, qua terram manibus pulsabant umbras mortuorum invocantes. Vid. ad Troad. v. 1315. et Interprr. ad Plauti Mostellar. Act. 2. scen. 2. v. 37. (Reiskius citat Polyb. p. 1287. 18. ed. Gronov.) Legendum tamen sic:

καὶ γαῖ' ἄνασσα —"

Musgravius. Servata antiqua lectione totum hunc versum ante praecedentem collocavimus. Proxima enim ad solos Agamemnonis manes spectant. Cf. Aeschyl. Choëph. v. 536.

ἀλλ' εὔχομαι γῇ τῇδε καὶ πατρὸς τάφῳ,
τοὔνειρον εἶναι τοῦτ' ἐμοὶ τελεσφόρον.

et v. 486. Veram hanc transpositionem esse, eo minus dubitandum, quod etiam in proximis versuum confusio est.

V. 673. κάτω γῆς ἀνοσίως οἰκῶν recte explicat Barnesius ἀναιρεθεὶς ἀνοσίως.

V. 677. Male hic versus vulgo collocatur post sequentem. Transponendum esse viderunt Reiskius et Tyrwhittus. Musgravius et Heathius vulgatum versuum ordinem servant, quorum ille versum:

ἤκουσας, ὦ δεινᾶ ἐξ ἐμῆς μητρὸς παθών,

διὰ μέσου construendum esse putat, alter ad ὅσοι e praegresso ἤκουσας supplet ἠκούσατε. Prius parum placet; alterum si voluisset poeta, scripsisset στυγεῖτε, non στυγοῦσιν.

V. 678. Pro ὦ δεινᾶ vulgo ὡς δεινᾶ. Emendarunt Reiskius et Tyrwhittus, Musgravio probante.

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πάντ', οἶδ', ἀκούει τάδε πατήρ· στείχειν δ' ἀκμή.
καὶ σοὶ προφωνῶ πρὸς τάδ' Αἴγισθον θανεῖν·
ὡς εἰ παλαισθεὶς πτῶμα θανάσιμον πεσεῖ,
τέθνηκα κἀγὼ, μηδέ με ζῶσαν λέγε·
παίσω κάρα γὰρ τοὐμὸν ἀμφήκει ξίφει.
δόμων δ' ἔσω βᾶσ', εὐτρεπὲς ποιήσομαι·
ὡς, ἢν μὲν ἔλθῃ πύστις εὐτυχὴς σέθεν,
ὀλολύξεται πᾶν δῶμα· θνήσκοντος δέ σου,
τἀναντί' ἔσται τῶνδε. ταῦτά σοι λέγω.

ΟΡΕΣΤΗΣ.

πάντ' οἶδα.

V. 679. πάντ', οἶδ', ἀκούει τάδε πατήρ. Ita bene Reiskius. Vulgo comma deest post πάντ'. Οἶδ' valet οἶδα.

V. 680. καὶ σοὶ etc. Sana sunt omnia! Verte, *Ac tibi iam edico, ut Aegisthus moriatur*, i. e. ut Aegisthum occidas. Coniicit Musgravius: θρασύτατ' Αἴγισθον θένειν. Θένειν quidem non male. Possis etiam κτανεῖν. Sed neutro opus.

V. 681. παλαισθεὶς. Etiam hic non perspicio, cur offendant eruditi. Sensus est, *nam, si in pugna cecideris, ipsa quoque perii.* Παλαισθεὶς est nostrum bekämpft. Pro πεσεῖ legitur πεσῇ.

V. 684. εὐτρεπὲς ποιήσομαι, recte Barnesius: τὸ ξίφος δηλονότι.

V. 686. ὀλολύξεται. Eodem modo de clamore laeto Aeschylus usurpat ἐπολολύζειν Sept. ad Theb. 827. Choeph. 939. ὀλολυγμὸς Sept. ad Theb. 270. et Noster Orest. 1137. ubi vid. Scholiast. Etiam ὀλόλυγμα sic legimus Heracl. 782. — In fine versus recte Ed. Princ. δέ σου. Barnesius δὲ σοῦ.

Digitized by Google

ΗΛΕΚΤΡΑ.

πρὸς τάδ' ἄνδρα γίγνεσθαί σε χρή.
ὑμεῖς δέ μοι, γυναῖκες, εὖ πυρσεύετε
κραυγὴν ἀγῶνος τοῦδε· φρουρήσω δ' ἐγὼ,
πρόχειρον ἔγχος χειρὶ βαστάζουσ' ἐμῇ.
οὐ γάρ ποτ' ἐχθροῖς τοῖς ἐμοῖς, νικωμένη,
δίκην ὑφέξω σῶμ' ἐμὸν καθυβρίσαι.

στροφὴ ά.

ΧΟΡΟΣ.

ἀταλᾶς ὑπὸ ματέρος

V. 689. *εὖ πυρσεύετε κραυγὴν ἀγ. τ.* Musgravius: „Clamorem edite, qui certaminis exitum, instar facis accensae, significet.“ In eundem modum fere Heathius. Sed explica Reiskium secutus: tumultum, qui a luctantibus [Oreste et Aegistho] orietur, mihi indicate. Bene ille citat v. 744. De voce *πυρσεύειν* confer Suidae glossam, cuius initium hoc est: *πυρσεύω σοι τὴν σωτηρίαν, ἀντὶ τοῦ ἐκφαίνω.*

V. 691. *ἔγχος* idem est quod paulo ante v. 683. *ξίφος*. Vid. Heathii notam ad h. l. coll. Brunck. ad Soph. Aj. 685.

V. 694. Fabula, quae in hoc carmine narratur, pluribus exponitur a Scholiastis ad Orest. v. 810. et 999. seqq. Construe: *κληδὼν ἐν π. φ. μένει, Πᾶνα, ἀγρῶν ταμίαν, εὐαρ. ἐν καλ. μοῦσαν ἡδ. πνέοντα πορεῦναί ποτε χρυσέαν ἄρνα καλλ. ὑπὸ ἀταλᾶς ματέρος Ἀργείων ὀρέων.* Ad *ὑπὸ ἀταλᾶς ματέρος* (i. e. *ἀρνὸς*) intellige *οὖσαν*. Similiter Noster de ave matre Troad. v. 147. meae ed.

μάτηρ δ' ὥς τις πτανοῖς κλαγγὰν
ὄρνισιν ὅπως ἐξάρξω γὼ
μολπάν.

Haec autem agna mater dicitur fuisse *Ἀργείων ὀρέων* i. e. *τραφεῖσα ἐν Ἀργείοις ὄρεσιν*. Ita nihil video difficultatum, quas viri docti iactant.

Digitized by Google

695 Ἀργείων ὀρέων ποτὲ πληδὼν
ἐν πολιαῖσι μένει φήμαις,
εὐαρμόστοις ἐν καλάμοις
Πᾶνα μοῦσαν ἡδύθροον
πνέοντ', ἀγρῶν ταμίαν,
700 χρυσέαν ἄρνα καλλιπλόκαμον πορεῦσαι·
πετρίνοις τ' ἐπι-
στὰς κάρυξ ἰάχει βάθροις·
ἀγορὰν, ἀγορὰν, Μυκη-
ναῖοι στείχετε, μακαρίων
705 ὀψόμενοι τυράννων
φάσματα, δείματα·

V. 696. πολιαῖσι. Musgravius comparat Apollonidem Anthol. Henr. Stephan. p. 11.

Θρηϊκίης φάτνης πολιὸς λόγος εἰς ἐμὸν ὄμμα ἦλυθε.

V. 702. βάθροις. Ita Musgravii libri tres, ut coniecerat Scaliger. Victorius βαράθροις. Etiam κάρυξ pro κᾶρυξ est in Ed. Principe.

V. 706. φάσματα, δείματα. Musgravius edidit φάσματ' ἀδείματα. Equidem a vulgata lectione recedere dubitavi. Tale enim portentum, ut a diis missum, sine horrore esse non poterat. Hermannus satis probabiliter δείγματα. Quod metrum attinet, in fine versus videtur aliquid deesse. De Verss. Dochm. p. 18. inserui καὶ, omissa in proximo versu particula δ'. Erfurdtius coniiciebat κῶμοι pro χοροὶ et in antistrophico legebat χρυσόμαλλον. Si verba φάσματα δείματα pro dochmio accipias, in antistrophico legere possis τὸν κερόεσσαν σχεῖν, i. e. accepisse. Sed fateor, nullam harum emendationum veram mihi videri. Quare antiquam lectionem utrobique retinui. Ultimum quidem strophae versum facile antistrophico facias respondere, particula δ' post Ἀτρειδᾶν collocata, sed quum de vitii ratione et sede non satis constet, ne hoc quidem novare volui.

Digitized by Google

χθροὶ δ' Ἀτρειδᾶν ἐγέραιρον οἴκους.

ἀντιστροφὴ ά.

θυμέλαι δ' ἐπίτναντο χρυ-
σήλατοι, σελαγεῖτο δ' ἀν' ἄστυ
πῦρ ἐπιβώμιον Ἀργείων.
ἰωτὸς δὲ φθόγγον κελάδει
κάλλιστον, Μουσᾶν θεράπων.
μολπαὶ δ' ηὔξοντ' ἐραταὶ,
χρυσέας ἀρνὸς, ὡς ἔστι λόγος, θυέστου·

V. 707. Ἀτρειδᾶν i. e. Atrei et gentis eius. Sic Soph. Oed. Col. 1066. Θησεῖδαι de Theseo eum militibus suis.

V. 708. ἐπίτναντο. Si vera haec lectio est, recte Musgravius explicuit *aperiebantur*, citans Plutarch. Parall. p. 422. πᾶν εὐθὺς ἱερὸν ἀνέωγεν στεφανηφορούντων, et p. 496. πᾶς δὲ ναὸς ἀνέωκτο καὶ στεφάνων καὶ θυμιαμάτων ἦν πλήρης. Sed quod emendavimus de Verss. Dochm. l. c. ἐπίπλαντο, id etiamnum verum puto, aliter tamen explico: *arae opplebantur* scil. sacrificiis. Simillimus est locus Aeschyli Suppl. 681.

καὶ γεραροῖσι πρεσβυτοδόκοι γεμόντων
θυμέλαι, φλεγόντων
θ', ὡς πόλις εὖ νέμοιτο.

In quo attende etiam ad illud φλεγόντων, quod nostro σελαγεῖτο πῦρ respondet. Ἔπιτνον et ἔπιπλον confusa sunt Hesiod. Scut. Herc. 291.

V. 714. ἀρνὸς, ὡς. Illud ὡς omissum in editionibus offerunt Musgravii libri tres. Recepi, quod alias metra sibi non respondent. Proxime pro ἐστὶ λόγος legitur vulgo ἐπίλογοι. Quae lectio si quam explicationem admittit, explicanda est ὡς ἐπιλέγεται, scil. τοῖς εἰρημένοις, *ut additur fabulae*. Sed pauçis, opinor, haec explicatio placebit. Musgravius vocem ἐπίλογοι interpretatur *carmina*, vel *formulae incantatoriae*, quem signi-

Digitized by Google

κρυφίαις γὰρ εὐ-
ναῖς πείσας ἄλοχον φίλαν
Ἀτρέως, τέρας ἐκπομ-
ζει πρὸς δώματα· νεόμενος
δ' εἰς ἀγόρους, αὖτει
τὰν κερόεσσαν ἔχειν
χρυσεόμαλλον κατὰ δῶμα ποίμναν.

στροφὴ β'.

τότε δὴ τότε φαεν-
νὰς ἄστρων μετέβασ' ὁδοὺς
Ζεὺς καὶ φέγγος ἀελίου
λευκόν τε πρόσωπον ἀ-
οῦς· τὰ δ' ἔσπερα νῶτ' ἐλαύ-
νει θερμὰ φλογὶ θεοπύρῳ.

---

ficatum nec probavit, nec, si probasset, huic loco conveniret. Minus etiam ferri potest Heathii ratio, qui *electionem* vertit de regni successione Thyestae intelligens. Ceterum, nisi strophicum versum mutare dubitassem, locum ita potius correxissem:

χρυσέας ἀρνὸς, ἐστὶ λόγος, Θυέστου.

et in stropha:

χρυσέαν ἄρνα καλλίπλοκον πορεῦσαι.

qui numeri paulo inferius recurrunt, v. 731. Vocem εὔπλοκος commemorat Pollux VII. 35.

V. 717. ἐκπομίζει πρὸς δώματα, i. e. ἐξ Ἀτρέως δωμάτων πομίζει πρὸς τὰ ἑαυτοῦ δώματα.

V. 721. δῶμα. Vulgo δώματα, quod dudum alii emendarunt.

Ibid. ποίμναν. „Sic Latini *pecus* de una ove nonnumquam adhibent.“ MUSGRAVIUS.

V. 723. μετέβασ'. Ita coniecit Musgravius, cuius libri habent μεταβᾶς. Vulgo μεταβάλλει, quod illius explicatio est.

V. 727. θερμὰ, i. e. θερμὰ γενόμενα, θερμανθέντα, sive ὥστε θερμὰ γενέσθαι.

Digitized by Google

νεφέλαι δ' ἔνυδροι πρὸς ἄρ-
κτον, ξηραί τ' Ἀμμωνίδες ἕ-
δραι φθίνουσ' ἀπειρόδροσοι,
καλλίστων ὄμβρων θεόθεν στερεῖσαι.

ἀντιστροφὴ β'.

λέγεται, τὰν δὲ πί-
στιν σμικρὰν παρ' ἐμοί γ' ἔχει,
στρέψαι θερμὰν ἀελίου
χρυσωπὸν ἕδραν ἀλλά-
ξαντα δυστυχίᾳ βροτεί-
ῳ θνατᾶς ἕνεκεν δίκας.
φοβεροὶ δὲ βροτοῖσι μῦ-
θοι κέρδος πρὸς θεῶν θεραπεί-

V. 728. *νεφέλαι δ' ἔνυδ. π. ἄρκτ.* scil. *εἰσί.*

V. 729. *Ἀμμωνίδες ἕδραι*, i. e. Libya.

V. 730. *ἀπειρόδροσοι.* Ita bene Bothius idemque coniecerat Hermannus. Legebatur *ἄπειροι δρόσου.*

V. 734. *ἀελίου.* Etiam mihi magis placet Canteri et Scaligeri *ἀέλιον*, quam ad *ἀλλάξαντα* intelligere *Δία.*

V. 735. *ἀλλάξαντα* primam corripere non potest, ut Heathius opinatur, sed videtur eo loco versus longam admittere. Glyconeis hanc libertatem vindicavimus supra ad v. 122. nec differt hic versus a Glyconeo, nisi quod una syllaba ab initio est brevior. Quidni igitur eandem libertatem habuerit?

V. 737. *ἕνεκεν δίκας.* Non male Musgravius coniicit *ἕνεκ' ὠδικίας*, neque tamen hoc metrum postulat. Vulgatam Latinus interpres vertit: *mortalis poenae causa.* Immo vertendum: *mortalis iudicii causa*, i. e. propter vindictam, quam illi fratres inter se exercuerunt.

V. 739. *κέρδος.* Particulam *δὲ*, quam inserunt Edd. Victor. omittit Ms. *β.*

Digitized by Google

740 αις· ων οὐ μνασθεῖσα πόσιν 745
κτείνεις, κλεινῶν συγγενέτειρ' ἀδελφῶν.

ἔα, ἔα·
φίλαι, βοῆς ἠκούσατ'; ἢ δοκῶ κενὴ
ὑπῆλθέ μ', ὥστε νεαρὰ βροντὴ Διός;
ἰδού· ταὐ οὐκ ἄσημα πνεύματ' αἴρεται.
745 δέσποιν', ἄμειψον δώματ', Ἠλέκτρα, τάδε. 750

ΗΛΕΚΤΡΑ.

φίλαι, τί χρῆμα; πῶς ἀγῶνος ἥκομεν;

ΧΟΡΟΣ.

οὐκ οἶδα, πλὴν ἓν, φόνιον οἰμωγὴν κλύω.

ΗΛΕΚΤΡΑ.

ἤκουσα κἀγώ, τηλόθεν μὲν, ἀλλ' ὅμως.

ΧΟΡΟΣ.

μακρὰν γὰρ ἕρπει γῆρυς, ἐμφανὴς γε μήν.

V. 741. *κτείνεις*. In Barnesiana, ut recte Beckius monet, *κτείνειε* vitium est typographicum.

Ibid. *συγγενέτειρα*. Bene Heathius: *σὺν πόσει γενέτειρα*. Cui consentit Musgravius, rarissimam hanc vocem esse annotans. *Κλεινοὶ ἀδελφοὶ* sunt Orestes et Electra.

